

Laus Deo Patri.

LIBER PRIMVS.

IN MEDICINALEM CALENI INSTITVTIONEM.

Teorica Dictata
A Excellmo D. Cavalo
Anno 1710. Mense Novis.

Mgr Antonij Quadrij.

Manuscript
18th
Cent

Institutio Medicinalis.

Tironibus medicae facultate inciendis, plurima proponuntur, familiaria ad Medicam facultatem spectantia, potissimum ea, quae pertinent ad originem medicinae, ad ipsius praestantiam, atque definitionem: utrum ipsa sit ars, vel scientia; et si sit ars, ex quo artium genere, et quae ut partes ipsae tradant; quod sint in universum medicinae partes, nec in partes Medicinae Medicalvicis, quae graece Therapeutica dicitur; quod fuerint antiquorum Medicorum Sectae, quos principes Medicos quaeque Secta habuerit; se omnia istec, et huiusmodi consulto praetermittenda censuimus; ad ea solum nostra dirigendo doctrinam, quae in re medica magni sunt momenti quare ijs libenter posthabitis 1.o locum disquirendum erit medica facultas in tres ordines, quorum 1.um erit de rebus Naturalibus; 2.um de rebus non Naturalibus, et 3.um de rebus praeter Naturam, ex quorum distincta cognitione notitia resultat Corporis humani viventis, quod est primum, et adequatum, et totale subl.m Medicinae; quotiescunque tamen spectatur, ut sanabile, et aegrotabile.

Quapropter cum in qualibet doctrina sodeat praeponi definitio, in qua potentia, et virtute omnia, quae tractant inclusa sunt; ideo a definitione exordiri decreui. cum definitio sit cognitionis principium iuxta Aristot. in lib: posteriorum.

Varie igitur circonferuntur medicine deffinitiones, una que desumitur ab Gruevvoe in tractatu, Codice, et in Scriptis Cap: 1°, ubi ait, quod Medicina est ars effectrix rone et experimento inuenta, que in homine sanitatem conseruat, et Morbos pellit, secundum quod possibile fuerit in quolibet corpore. altera desumitur ab Hippocrate in lib: 1° de flatibus textu 6°. deffiniens Medicinam, quod sit additio et abstractio; additio scilicet deficientium et abstractio redundantium. Galenus quoque in lib: artis Medicinalis tradidit deffinitionem Medicine dicendo, quod sit Scientia salubrium, insalubrium, et neutrorum. Varum licet allegate deffinitiones bone sint; attamen nec Rectitudinem, nec claritatem illam presefferunt, quam continet illa, que in presenti tradit ab Auicenna, et que magis intento nostro satisfacit quam alijs omissis hec erit preferenda. Medicina est scientia, qua humani corporis dispositiones noscunt, ut sanum est, et a sanitate recedit, ut habita sanitas conseruet, et amissa recuperet, que deffinitio optima est, cum constet genere, et differentia; Scientia enim stat loco generis, Corpus uero humanum loco differentie, unde ex hac deffinitione mirabile fructum colligere possunt Medicinam addiscentes, quia in ista statim colligere possunt ea omnia, que pertractat Auicenna in Universo hoc Volumine, nam cum hec sit in quatuor diuisa particulas tamen singula continet una Ten, non in 1°

Ten, cum agat de dispositionib corporis humani, ut sanum est, Respondet 1.a particule definitionis, in qua dicit, quod Medicina est Scientia, qua humani et hac vone agit de Septem rebus Naturalib, quæ sunt Elementa, Temperamenta &

2.da Ten agit de Egritudinib, Hoc est de dispositionib recedentib a Sanitate, et Respondet 2.de particule allate definitionis, et a sanitate recedit.

3.a Ten agit de Sanitate Conservanda, idest de Remedijs, quib Sanitas possit conservari, et 3.a Respondet particule, ut habita Sanitas conservet.

4.a tandem Ten agit de Sanitate recuperanda, hoc est de Remedijs, quib Sanitas possit recuperari et ultime Respondet particule exonerate definitionis, et sic patet hanc ultimam definitionem allatam ab Auicenna esse cæteris clariorem, et Perfectiorem.

De Medicinæ Diuisione.

Diuidit Medicina secundum Auicenna in Teorica et practica, Teorica est illa, quæ respicit Cognitionem, et practica operationem; versus secundum mentem Galeni diuidit in quinque partes, scilicet in Fisiologiam, Ygeam, Patologiam, Semiotica, et Therapeutica.

Fisiologia est illa Medicinæ pars, quæ considerat

res naturales, ex quibus constituit Corpus humanum
Dyleveá Græcé Physiologia nuncupatur, septem enim
sunt res naturales, Elementa, temperamenta,
humores, Membra, Spiritus, facultates, seu ac-
tiones, et Calidum innatum.

2da pars Considerat res non naturales, quæ á Me-
dicis necessario occurrentes dicunt, Igeas
Græcé appellat, sunt autem sex, Aer, cibus et
potus, somnus et vigilia, motus et quies, inanitio
et repletio, ac animi patemata, seu accidentia.

3a pars Pathologia denominatur et hæc agit de rebus
præter naturam, tempe de Morbis, Morborum
Causis, et Simptomatibus.

4a Pars Simeotica Appellatur, et Considerat
signa præsentia, præterita, et futura, hoc
est diagnostica, Ignostica, et rememorativa.

Ultima pars, quæ Therapeutica dicitur duplex est,
una, quæ Conservat, altera, quæ Curat, 1a
Officium recto usu sex rerum non naturalium,
2da Dimplex tuitur Medicinæ Instrumentis,
tempe Dieta, Chirurgia, et Pharmacia.

Prima Medicinæ Pars
De Elementis.

Devenimus ad Explicationem 1ræ partis Medicinæ,
in qua agitur de rebus naturalibus, et quia
Corpus humanum, qualenus est artis Sanativæ
dicitur Medicinæ Sub.tum et cum quælibet facultas
quæ dat sui Sub.ti Cognitionem, vel absolute et
per se si sit scientia, vel respective si sit

ars, et in ordine ad finem non est incommodum
ut eadem Materia diversis inspectis a diver-
sis considerari facultatibus; quare in cognoscere
debemus hoc Corpus humanum, ut subjecti Medicæ
speculationi; cognoscit autem unusquisque ab his
tolete mediante suorum principiorum cognitione,
igitur investigare oportet humani corporis prin-
cipium quatenus curatibile est et sanabile,
sive principium materiale sive formale; unde Medi-
cinæ pars a materialibus exordium sumit tanquam
nobis notioribus; Cæterum hæc Materialia prin-
cipia, vel sunt prima, et actu existentia,
quæ corpus constituunt, ut partes seu Membra,
vel remota, ut humores; verum quia tam partes
similares, quam humores temperamento, veluti
a forma terminantur; cum temperamenta ex
elementorum mixtione consurgant; idcirco
quæ prius debent considerari sunt elementa
tanquam simplicissima, et primarias principia
rerum omnium naturalium; ut ergo illorum es-
sentiam penetremus, hanc Mediante definitio-
ne examinabimus, ut recedentes a definitio-
ne Avicennæ.

Elementa sunt corpora, et partes in corpo-
ris humani, et aliorum, quæ in partes diversa-
rum formarum dividi possunt, ex quorum
commixtione species diversorum generatorum
fiunt; dicunt corpora loco generis; nam Ele-
menta inter corpora naturalia connumerantur,
quoniam sic qualitates tangibiles sunt Elementa,

ut putavit Atenens, contra quem disputat Galenus, se sunt Corpora Subtia istis qualitatibus dicunt partes i. Corporis humani, et aliorum quia cum elementa considerent respectiue ad suum subtum, quod est Corpus humanum; ideo subdit Auicenna esse partes i. Corporis humani ad differentiam partium similarium et dissimilarium, que licet et ipse sint partes Corporis humani non sunt tamen ita, quia dissimilares ex similarib, similares ex humoribus; humores tandem ex elementis constant quare elementa sunt partes i. Corporis humani; Immo ne quis crederet esse partes i. solius Corporis addidit Auicenna particulam illam et aliorum; nullus enim dubitat elementa esse partes i. quorumcunque Corporum compositorum generabilium et corruptibilium. Diximus que in partes diuersarum formarum quidem non possunt loco specifice differentie ipsorum quia elementa ab alijs corporibus generabilibus et corruptibilibus differunt; quoniam cetera Corpora quidem possunt in Corpora specie diuersa, sed tamen omnia in elementa, ex quibus constant resoluunt, que inter se specie differunt; At elementa in Corpora diuersa specie quidem est impossibile, cum ex alijs corporibus non generent, sed ex se mutuo fiant, propter nexum proximum cum materia; diximus ex quorum commixtione diuersorum generatorum fiant; Elementa enim, vel considerant simplicia et

absolute, qui sunt elementa, et partes, quę intervant in universum, quę consideratio ad pertinet ad Medicum, vel respective galenicę scilicet ex ipsis diversę generationes fiunt species, quia vero ad solum a Philosophis, verum tamen a Medicis elementorum cognitio debet considerari, quia ex illorum diversa dominio varia quę commixtione diversę etiam resultant qualitates calefacienti scilicet, refrigerandi, humectandi, exsiccandi, attenuandi, incidendi, incrassandi, emollienti, et quod plurimę alię facultates, quarum cognitione habita impossibile est non solum morbos cognoscere, sed etiam recte curare.

Recentiores diversimode se habent, et varia sustinent opiniones circa elementa. Alij enim ut Chimici cum Paracelso tria tantum constituunt elementa, videlicet sale, sulphur et Mercurium, credentes ex multis corporibus illa via ut ignis elici, quę opinio tamen rejicitur, cum potius sint principiata, quam principia.

Alij cum Willisio admittunt elementa esse quinque, scilicet sal, sulphur, Mercurium, spiritum et terram, quę omnium obscura videntur, et eadem vera rejicientur.

Alij cum Vadelmontio aqua tantum statuunt esse elementum, cum Glovier omnia corpora liquore suo Alchaes in aqua resolvere posse, neque hęc doctrina admittitur ipsorum in dubium.

cum Cartesio Multi ustant Elementa, nihil aliud esse, quam atomos, et particulas indefinite Magnitudinis, situs, et figure, ex quibus combinatis, Hypothonatis mixtum Educat.

Franciscus de Labor Siluius Statuit Elementa esse Septem, Aqua, Terra, Ignis, Sal, Acidum, Spiritus Volatilis, et Oleum. Aqua et accidum sunt frigida et humida. Terra frigida et Sicca; Ignis, et Sal sunt Calidi et Sicci, Oleum est calidum et densum, Spiritus volatilis calidus et humidus.

Redeunt ad Elementa iuxta prius patet cos decimus esse quatuor, ut voluit Aristo. l. 6. de Generne, et Corruptione, que sunt, Ignis Aer, Aqua et Terra. Quorum Cognitio Eluvimus facit Medice facultati; nam si Naturam ignis considerabimus cum Eluvimus formam efficientis, et Minimum Materie habeat, et sit ex sui natura calidus et Siccus, atque ob id Maxime activitatis, Hyleca ut docet Hippocrates, Omnia Movere potest, et Regulare; Hinc Avicenna existimavit Magnum esse ingenerantis Momentum, ut pote qui suo calore omnia Efficiat, et sui penetratione aerem substantiam Incalescat. Insuper duorum gravium elementorum frigiditatem ita Extendit, ut ex Elementari eorum statu ad temperatum reducat; qua Hylen Ignis, si in aliquo predominium habuerit bilioso, hoc est calidum et siccum constituet Temperamentum,

si autem in Medicamentis prevaluerit, calefaciet, et exsiccabit, nec non etiam poris evit rarefaceve, concoquere, penetrare, subtiliare, digerere, attrahere et resolvere.

Aer Corpori humano nutritionis tantum, sed Alimonie spiritualis causa conducere videtur, quasi hoc veluti fomite anima nostra in Corpore conservetur; Huius natura calida est et humida, et producit effectus varios, leviores, tenuiores, mobiliores, et ad motum aptos; Si in aliquo prevaluerit calidum et humidum, hoc est sanguineum, efficiet temperamentum; dum vero in Medicamentis predominantur erunt calida, et humida, nec non partium tenuium simpliciter alterant a calore naturali, et ad actum reducunt quoniam Aeris substantia tenuissima est, quare simplicissime alterant teste Galeno 1°. de differentijs febrium cap: 1°.

Aqua, que frigida est, et humida simpliciter inducit utilitates, nam partes rerum formam dantur bene et equaliter figurat nam humidum formam et figuram exterius facile amittit, pre himia tamen fluxibilitate difficulter detinet. Hec si predominet in Corpore temperamentum constituet humidum et frigidum hoc est pituitosum; Si autem in Medicamentis prevaluerit refrigerandi, humectandi et relaxandi facultate predita erit.

Terra, que natura sua frigida est et sicca ad retentionem et fixione invat, ut partes se se

mutuo comprehendant, et firment, figuras et formationes custodit et retinet, et spiritus, non alienos terminos transit. Hec duo prevalet in homine, temperamentum frigidum et siccum, Hoc est Melancolicum facit. Duo vero in Medicamentis prędominant, frigida et sicca constituunt stypticas, et adstringenti facultate prędita.

De Temperamentis.

Tractatui de Elementis iure merito subnectit ille, qui de Temperamentis instituit, cum ex mutua Elementorum commixtione temperies consurgat; Unde Galenus in de Temperamentis merito dicebat tractationem de Elementis ordine excipere istas, quę contemplat, et considerat temperamenta; Igit cognoscendum erit quid sit Temperamentum; quot et quę sint temperamenta partium Corporis humani, nec non ętatum, sexuum, Anni temporum, et Regionum. Definit Igit ab Auicenna fen 1a lib. 1o tem: peramentum, quod sit quędam qualitas Juxtiens ex mutua actione et passione contrariarum qualitatum in Elementis immutatarum; quarum partes ad tantam parvitatem redactę sunt, ut cuiuscunq; earum plurimum contingat alterius; quare temperamentum est qualitas consurgens ex actione et passione contrariarum qualitatum, quę quidem dum Elementa simul miscent, ipsorumq; qualitates refractas, non integras continet; ita ut ex omnibus

illis simul concurrentibus quedam 2ª facultas, seu Temperamentum emergat, quod illas omnes potestate contineat, et hoc est illud, quod sen: sit Aristeles lib: de Generne et Corruptne. ~
Cuerus Auicenne objici potest si recte dixisse quando addit, ut cuiuscuq eorum plurimum contingat alterius, quia una pars Elementorum alterum non tangit, ita ut Mixtum sit quoddam continuum, siquidem temperamentum est unum per continuationem Elementorum non autem per con: tiguitatem, unde ut Auicennam tueamur dicere possumus, male fuisse translata uerba ex idio: mate Arabico in Latinum. ~

De Differentijs Temperamentorum Omnium. ~

Temperamentorum differentie plurime existent in specie tamen ad nouem reducunt; Una est, que in summum est temperata, quatuor uero aduersus hanc sunt Intemperate; cete: re autem quatuor medium obtinent locum; Una igitur est differentia temperata, et octo in: temperate; quarum quatuor simplices dicunt et quatuor Composite; simplices sunt, Calidum frigidum, Humidum et Siccum; Composite uero sunt Calidum et humidum, Calidum et Siccum, fri: gidum et humidum, frigidum et Siccum; Illud au: tem, quod complet numerum nouem dicit Tempera: mentum equale, quod est duplex, ad pondus mi: nimum, et ad Iustitiam. Una ergo est differentia

temperata, et octo Intemperatę.

Notandum tamen est Temperamentorum differentias magis et minus temperatas dici, quatenus magis ab illa in temperata recedunt, quorum gradus sunt ferè infiniti modi, ut differentiæ infinitæ ferè videantur hominum, et cęterorum animantium temperamenta, cuius causa fuerit ex quatuor elementis diverso modo immixtis se habentibus quę sunt principia remota, seu ex quatuor humoribus, quę sunt principia propria in se mixta quibus homo constat, ex quorum proportione Temperamentum consurgit; hęc omnia sunt Corpora continua, quarum in infinitum divisibilia, tot igitur proportionibus miscari possunt, ideóque infinita ferè oriantur temperamenta, licet postea ad unum ex novem ita enarratis reducantur.

Natura temperata, quę est nona talis dicitur duplicitur; vel simpliciter, vel secundum quid; in dicitur illa, quę ab utroque extremorum æqualiter distat, et vocatur temperamentum ad pondus; Temperata verò natura secundum quid est illa, quę unicuique naturę maximè conveniens est, et vocatur ad iustitiam; dicitur autem talis, quia cum iustitię munus sit suum unicuique tribuere: ideó suum unicuique tribuisse videtur natura, quia ei exactam temperiem ad propriam munera perfectè obeunda perfectam dedit.

Rursus temperata natura ad pondus potest esse talis duplicitur, vel quia constat ex æqualibus elementorum proportionibus; vel ex æqualibus eorundem

gradus qualitatis, nam cum temperamentum con:
surgat ex mutua actione et passione elemento:
rum dum inuicem miscentur; illud mixtum, quod con:
stituit, ut dicat temperamentum a pondus, uel
debet constare ex equali elementorum mensura,
uel ex equalibus qualitatum gradibus, ita ut medium
penitus sit constitutum inter has qualitates;
Hoc enim temperamentum a pondus ex equali ele:
mentorum proportione dari non posse omnes existi:
mant, quia omne mixtum siue perfectum, siue
imperfectum uel terminatur proprio termino, uel alieno.
Si proprio, ergo in eo prevalebit terra, si in ali:
eno aqua, uel aer; preterquamquod si equalis a:
esset ignis proprio cum alijs elementis, mixtum
illud saltem calidissimum euaderet propter insignem
actuitatem, quam habet ignis, et sic temperatum
euaderet intemperatum in caloris excessu. Nerum
temperatum corpus a pondus ex equalibus qualita:
tum gradibus, neuerum dari posse existimo, nam si quid
repugnaret, uel esset, quia aduersaretur naturae co:
muni, uel propriae communi, quoniam haec est univer:
salis perfectio, ut omnia contineat, alias non esset uni:
uersum; non propriae, quia si calor e. g. posset seru:
ari tum cum intensiori rigore, tum cum remis:
siori, quid prohibet quo minus possit seruari,
dum equalis calor valet de sicco et hu:
mido.

Manifestum igitur est dari posse hoc temperamentum
equale constitutum in medio frigiditatis, caliditatis,
humiditatis et siccitatis, ita ut ab omnibus

iskis qualitatib. pari absit intervallo; quod tamen temperamentum in aliquo corpore similari potest reperiri; unde si loquamur de hominis partib. similarib., cutis, quæ in ulna manus reperitur, ea absolute creditur à priori, quoniam illa censet organum sensus, et tactus, quod organum Aristot. lib. de Anima in medio positum esse debuit, dixit à hoc, ut externa possint sentire; At Homo secundum corpus universum ita temperatum non dat, cum corpus humanum à tot et variis causis tam intrinsecis, quam extrinsecis continuò alteretur; adeò ut ij temporis momentum eundem nequeat servare statum.

De Temperamentis Secundum Recentiores.

Recentiores statuunt sanitatem consistere in partium fluidarum temperie, et legitima secundum minimas particulas mixtione, nec in canaliculorum, et tubulorum debita stabilitate, conformatione et configuratione; sic enim corporis machinam agita erit omnes functiones tam vitales, quam Animales exercere, omittunt autem naturales, quia has in vitalib. intendunt consistere.

Per fluida, quæ in sanguinis massa commiscentur intelligere debemus partiones bilis, pituitæ, salivalis, succi Pancreatici, lymphæ Spiritum, et chyli, qui iunctim circulant in sanguinis massa et fermentationes modò naturales, modò preter naturales sumunt; Pro à sanitatis tutela,

alij uero à Corporis insalubritate; Pori autem sunt diuersæ figuræ, quæ consistunt in partibus solidis, et accomodant diuersis particulis sanguinis qui nutritione partibus uiuentibus; hinc faciunt, quod alij habeant figuras quadratas, subricas, rotondas, ouales &c, et in tot alijs modis, qui difficilis experimentis licet eueniant, dat ex ~~nimia~~ nimia laxitate, uel rigiditate fibrarum euentibus operationes solidarum partium in perniciem totius Machinæ naturalis; Sciendum est etiam, quod hæ particulæ diuerso modo constitutæ in sanguinis Massa diuersum constituunt temperamentum; Unde cum quælibet essentia rei per Definitionem innotescat, Hinc quomodo definiatur temperamentum à Recentioribus iuxta sua principia asseruare deueniimus.

Temperamentum est qualitas, siue certa corporis dispositio à legitima temperie, et Mixtione fluidarum, et à debita textura partium solidarum, et pororum Configuratione dependens; quod ut Intelligatis sensum huius definitionis, sciendum est, quod sanguis temperatus, et bene mixtus uocatur, cuius omnes partes conuenienti ordine, motu, situ et figura, et Magnitudine inter se conueniunt, et nulla qualitas præ alijs prædominium obtinuerit, Ueruntamen sicuti iam diximus non dari Temperamentum à pondus secundum Galenicos, ita neque per Recentiores admittitur, cum prædictæ principia, seu particulæ à omnes in proportione

nunquam conueniant, unde et ipsi Temperamentum Iustitiam concedunt.

Igitur si particulæ Sanguinis Sulphureæ, Inflammabiles et agiles in Corpore prædominent magnus erit Calor, pulsus erit uehementior, somnus breuior, facies pallida cum aliqualiuiore, et hanc huiusmodi corpora dicunt habere temperamentum biliosum, seu Cholericum.

Quando particulæ Aquosæ, uel uiscidæ, et crudiores reliquas superant in Sanguinis massa, dicitur Temperamentum pituitosum, siue Phlegmaticum, et qui tali prædicti sunt temperamento facile frigent, frequenter sputant, somnolenti sunt, ingenij tardioris, Sanguis minus est fermentescibilis, salia ~~oxygen~~ actiua magis depressa iacent, hoc est acida; uasa sanguifera non sunt adeo distenta, habitus mollis, et facies est pallida.

Si particulæ accidæ, aliæque fæculentæ et terreæ prædominent in sanguine, Temperamentum faciunt Melancholicum, et tales sunt cogitabundi, tristes, obstructionibus expositi, et in uno semper peccant extremo, uel enim nimis uoraces, uel nimis abstinentes, uel extremè tristes uel hilares sunt; Alnus uel solito fluidior, uel nimis siccus existit, et ferè semper sunt uaetudinarij iuxta illud, quod scripsit Philosophus Melancholici naturaliter semper egent medicina.

Ultimò, si Sanguis facte sit turgidus, hoc est substantia quædam pinguis, et unctuosa,

cum eius partes Omnissimé in corde vaporescant
et gumosæ ad Putrifactionem admodum aptæ prædo:
minentur; Temperamentum constituunt sanguineum.
Hæc pauca de temperamentorum Naturam ex:
posui, né vobis simul deficiant Neutericorum
placita exposita circa eorum constitutionem,
ita ut, cum Labuerinis diuisa temperamenta
ad Mentem Peripateticorum in Calidum et humidum,
in Calidum et siccum, frigidum et humidum, fri:
gidum et siccum iuxta Galenum in Sanguineum
Bilioso, pituitosum, et Melancolicum secundum
Asclepiadem in Solare, Lunare, Jouiale, Mar:
tiale, Saturninum, Mercuriale, et Venereum, cum
his, quæ iniunximus ad normam Recentorum
nihil utiné circa Temperamentorum Cognitionem
habetis exoptandum; Hinc iuxta institutum ne:
tum Prosequemur ea, quæ spectant ad doctrinam
de humoribus ab Auicenna Platam Secundum Men:
tem Hippocratis et Galeni, et ubi aliqua deffe:
cerint etiam ad Methodum Neutericorum aliqua
parvis insinuabimus, ut Lectis et perfectis autum:
nibus, quæ passim euulgantur alienantibus a Phisio:
logica doctrina nouis inuentis, saltim vobis ad:
sint principia, Quæ valeatis vectum ab obli:
quo disquirere, et veram Methodum assumere in
publici commodum, et in Vestrum existimationem.

De Partibus

Temperie.

Partes nostri corporis sunt contentae continentia, et instrumentaria; sic vocavit Hypocrates, quae alio nomine appellantur, solida, humores et spiritus. Haec autem aut calida, aut frigida, aut humida, aut sicca existunt, inter se tamen differentia secundum maiorem, vel minorem excessum, quem habent acuti, quae est norma et regula temperamenti reliquarum partium.

Primum itaque calidarum est spiritus, cui succedit cor, corde sanguis, sanguini cyar, cyati caro simplex. Huic musculus, musculo fibra, fibrae succedunt nervi, nervis tunicae arteriarum, deinde tunicae venarum. His omnibus cutis...

Notandum tamen sanguinem in dei calidorum cyate, quia licet generetur in cyate secundum antiquos, a corde tamen recipit spiritum, et calorem mediante vena cava ascendente a dextro cordis ventriculo.

Notandum 2do tunicas arteriarum et venarum secundum se dici calidas, se vena contenti: hoc est sanguinis vitalis et arterialis.

Inter partes frigidas in primo locum tenet pituita, pituitae succedunt pili, pilis ossa, ossibus cartilago, cartilagini ligamentum, ligamento tendo, qui corda ab arabibus dicitur, tendini membranae, membranae sequuntur nervi, nervis spinalis medulla, postea cerebri, deps, ultimo cutis.

Inter partes humidas in primo enumerat pituita,

deinde sanguis, cerebrum, huic succedit Spinalis Medulla, quia cerebrum et Spinalis medulla sunt eiusdem substiæ; cerebrum tamen humidius, atq calidius est; Post Spinales Medullas succedit Cavo Mamillarum, et Testiculorum; his pulmo, Pulmoni Epar, Epati Musculi lingue, tandem Cutis.

Notandum Pulmones dici humidiores Epate humiditate abundantia, quia a capite in ipsum multa descendit Pituite copia.

Inter partes siccas connumerantur 1° Pili, deinde Ossa, posteà Cartilago, quam sequitur ligamentum, post ligamentum tendo deinde Membrana, Arteria, et Vene, Nervi motivi, et sensitivi, cor et tandem Cutis.

Notandum ossa esse minus sicca pilis, quia illa componuntur ex semine, pili ex superfluitate unde ossa possunt nutrire Animalia, quod facere non possunt pili.

De Statu Differentijs et Temperamento.

Primordium cuiusq; Animalis calidum est, et humidum cum constet ex sanguine et semine; Hæc enim duo principia calida sunt et humida, deinde decedente tempore Corpus reddit siccius et frigidius cum tendat ad interitum, et hoc evenit illi ex necessitate Materiæ continuo consumentis,

et de Propulantis calores et humidas, quas solus docuit Galenus pluribus in locis, se etiam ab alijs contij, quoniam calor innatus, cum sit agens naturale, et in agendo vehatur Impossibile est ijsum continuo, quod de pendij humores, posse resarcire, qua de causa, varijs in toto uitę hominum curriculo mutationes exoriuntur à quibus Medici solent dessumere statum differentiarum, et earum contemperamenta; Considerandum itaq; in primis venit quid et quotuplex sit ętas assignando singulis ętatibus propria et peculiares temperies.

Quid et Quotuplex sit Ętas, et Quodnam sit Eius Temperamentum.

Ętas potest intelligi dupliciter vel de diuerso uitę tempore, vel de quadam uitę periodo, ut puerilis Iuuentus, Virilitas et Ętas uniuersę sumpta nihil aliud est, quam Universę uitę cursus totum tempus includens, quo homo potest seruari, at Ętas sumpta de quadam distincta parte nihil aliud est, quam pauco temporis uitę, quę differt à cęteris ętatis partibus quadam sibi propria conditione; Quemadmodum Puerilis differt à Iuuentute Iuuentus à Virilitate. Quinque sunt differentię ętatum iuxta Mentem Galeni; Prima Puerilis, Adolescentia, siue pubertas, Iuuentus, Virilitas, et Senectus; Notandum tamen est ętatem non posse circonscribi annorum numero, sicuti Nulli facerunt; Nam cum diuersa sint hominum temperamenta, hinc sequitur quod de eorum diuersitate non ende esse possit in omnibus ętatum circonscriptio; Unde calidiores citius, frigidiores tardius pubescunt.

Puerilia diuidit in duas partes; 1.a dicit infantia, et extendit usq. ad 1.um septenium, et dicunt infantes, quia adhuc fari perfecte nequeunt; 2.da extendit usque ad 2.dum septenium quoad temperamentum calida est et humida, quia animalia, quo proximiora sunt suis principijs eo calidiora, et humidiora existunt, qua ratione infantia humidior, quam Puerilia est.

Pubertas, siue adolescentia incipit 14.o, vel 15.o vel 18.o anno, vone calidiovis, aut frigidiovis temperaturę; Calidiores enim citius, frigidiores uero tardius pubescunt, et extendit usq. ad 25.um annum. Omnes Medici affirmant hanc etatem esse ceteris temperatiorem.

Etas Iuuenilis ita dicta a iuuando, quia apta est tolerare labores; Incipit a 25.o anno, et extendit usq. ad 35.um. Quod suum Temperamentum calida est et sicca; Etas Consistentię, quam Uiritatem alias appellant incipit a 35.o et perdit usque ad 49.um; respectu etatum antecedentium frigida est et sicca, non sicuti in Adolescentia predominat Sanguis, In Iuuentute bilis, ita in hac humor Melancolicus. Ultimo dat Senectus, quę in tres partes diuidit; 1.a appellat crauda et uiridis, in qua homines sunt ad munera ciuilia obeunda idonei presertim in his, qui optima temperie et Corporis constitutione sunt predicti. Incipit a 49.o anno, et perdit usque ad 60.um: 2.da Senectutis partem tenent illi, qui non amplius apti

sunt ad Ciuilia Munera secunda, sed otio et uita quietiore indigent; Incipit à 60.° anno, et extenditur usq; ad 70.m. Reliquum uitæ tempus, si cui contigerit ad id Senium deuenire appellatur, qua ætas de senectis pompa est cogitandus.

Senectus in Universum frigida est et sicca, et talis fuit appellata à Galeno Senium ex annorum Multitudine. Duo tamen hic sunt adnotanda, primum ita Senectutis partes esse minus frigidas et siccas quas 2.dæ, et 2.dæ quas 3.ª; Alterum est Senectutem videri frigidam et humidam non rone sui, sed ob abundantiam excrementorum, quæ in senio ob Caloris imbecillitatem redundant; ut Galenus in Galeno 2.do de Temperamentis.

De Temperie Sexuum.

Ad hæc determinata, est illa quæstio, an Mares sint Feminis calidiores, ut videntur est apud Galenum 3.º de Causis pulsuum 2.do ubi dicit calidiores esse Mares Feminis, sicuti præstantissimi Philosophi, tum Medici senserunt; Hoc tamen est Intelligendum in Universali, non uero in particulari; quoniam aliquando contingit Mulieres esse calidiores uiro, ut sunt Mulieres, quæ uiragines appellantur; nam si cum uiro pituitoso et Melancholico congrediantur; absq; dubio erunt illo Calidiores.

De Anni Temporum Temperamentis.

Quatuor sunt Anni tempora, Ver scilicet, Æstas, Autumnus, et Hiems; Unde supponendum est has quatuor Anni tempestates secundum propriam naturam esse considerandas; Ver enim ex placito Galeni temperatum est; et si in ipso aliquid dem excessus erit in Caliditate, et humiditate tamen in ea, quæ morbosa est; sicuti accidit in Constitutione Autumnali, sed calidum est et humidum caliditate, et humiditate naturali temperata, et salubri; quam ab Hippocrate Ver appellat salubrem; Hoc tempore prædominatur sanguis.

Æstas calida est et sicca secundum propriam naturam quoniam calor superat frigiditatem, et siccitas humiditatem; Hac tempestate prævalet bilis.

Autumnus in actuis qualitatibus est inæqualis, cum modo calor, modo frigus urgeat, unde Hippocrates merito dicebat, quod cum eadem die nos Calor et frigus urgeat morbos introducit Autumnalis in passibilis qualitatibus uergit ad Cibus, tunc Humor Melancolicus exubeat.

Hiems frigida est et humida, quia frigiditas superat calorem, et humiditas uincit siccitatem, et hac de causa prævalet Pituita.

De Temperamento Regionum.

Quoad Regionum Temperamenta, Auicenna illas appellauit Regiones temperatas, quæ est sub æquatore; Illæ, quæ uergit ad Septentrionem frigidæ

est et ventis exposita, quæ vero ad Meridiem calida est, et quæ proxima est paludibus, ac fluminibus humida existit, sicuti sicca, quæ montuosa, pelvosa, et aspera; verum hoc bene determinari non potest nisi ex cognitione Maioris et Minoris Propinquitatis à Sphæra, et quod sol moveat.

De Humoribus.

Absoluto tractatu de Elementis et de Temperamentis non solum in Universali, sed in particulari agendum est de humoribus, qui non amplius sunt verum omnium principia communia, ut Elementa tam inanimatis, quam animatis mixtis convenientia, sed sunt proxima principia Materialia omnium Animalium sanguineorum, ut docet Galenus, quorum cognitio non solum utilis est, sed necessaria Medico, cum omnes morbi aut ab intemperie, aut ex copia, aut Mala humorum qualitate generent; 1° igitur examinandum est quid sit humor, deinde quot et quinam sint humores tam Alimentares, quam excrementitij, quomodo generent ex quibus scilicet, et à quibus, nec non etiam quid agant in Corpore nostro, ultimo de humorum sero, et Fecore erit examinandum, quibus omnibus dispertis exactam habebimus humorum notitiam.

Quid sit Humor.

Per humores Intelligendi sunt, sanguis, Bilis, Pituita, et Melancolia; à Galeno sæpe sæpius

multis in locis appellant succi, unde quod definit:
one pertinet; Nihil aliud est humor, quam Cor:
pus humidum et fluidum, in quod Corpus nutriens
i° Convertit; Dicit Corpus loco generis, et ex Sub:
stantia corporea ex materia, et forma; Humores
autem dicunt Corporea, quia ex ipsis solidae partes,
et Corporeae fiunt; Necessarium enim est, ut om:
ne Corporeum ex Corpore, non autem ut in Corporeo
generetur; Dicit fluidum a differentia Corporis Sicci,
et quia humidum vel est actu vel potentia; in pre:
senti Intelligendum est de humido actu, et hac de cau:
sa Avicenna fluidum dicit; Siquidem omnes humores
actu sunt fluidi, et alieno termino terminabiles; di:
cit in quod Corpus Nutriens i° Convertit, ubi per nut:
riens intelligit Alimentum, quod convertitur in humo:
rem, sive sit cibus, sive sit potus, nam Materia,
ex qua humores fiunt sunt Alimenta in Corpore in:
gesta.

At dubitari contingit, cur Avicenna addiderit
voces illas i° non illas denotare videtur Ali:
mentum esse Causam primam, et immediatam humorum
Materialium, quod fortasse a quibusdam iudicabitur
falsum, quoniam Alimentum non immediate convertitur
in humores, sed i° transmutatur a Ventriculi fa:
cultate concoctrice in Chilum, ex quo deinde tan:
quam ex immediata causa naturali Cruris, ubi facul:
tas sanguificatrix viget secundum opinionem antiquo:
rum, quatuor enim ducunt humores, quocirca
Chilus videtur esse Causa immediata Materialis hu:
morum, non autem Alimentum.

Verum ut Auicenna tueamur dicere possumus ipsum nomine corporis nutrientis intellexisse Alimenta simplicia, qualia sunt antequam comedant se quatenus ea dispositione et transmutatione sunt adepta vone cuius apta sunt postea, ut immediate conuertant in sanguine.

Nota in hac deffinitione deesse causam humorum efficientem, quæ est Animæ facultas concoctrix, quæ utitur Calore innato, et partium temperie ad humorum generationem, Qui etiam observamus deesse causam finalem, quare ut manca hoc modo erit deffinienda; Humor est corpus humidum, et fluidum, in quod corpus Nutriens i° Conuertitur a facultate Cpatis concoctrice quod iuuante Calore innato, et eiusdem temperie, ut cedat in partium nutrimentum; Continet hæc deffinitio explicite quatuor causarum genera; Formalis enim est corpus humidum et fluidum; Materialis sunt Alimenta; Efficiens est facultas Cpatis concoctrix; Finalis tandem, ut partes nutriantur.

Quot Sint Humores.

Antiqua fuit opinio hominem ex uno solo humore esse constitutum, ex solo sanguine Nimirum, aut pituitam, aut bile flava, aut atra; Sed contra hanc opinionem disputat Galenus et Hippocrates l.6. de Natura humana; Ub. demonstrant hominem constare ex quatuor humoribus, qui semper in homine reperiuntur in quacumq; ætate et anni tempore; quia in se homini insunt, quæcumq

enim sunt ~~fu~~ se talia, et ubiq; talia erunt, unde cum esse quatuor humores reperiant in humano corpore hinc est adesse omnes quocumq; tempore, quacumq; ætate, quocumque sexu, quacumque regione, quod solum experientia comprobat, nam si homini medicamentum dederis, quod bilem evacuet bile uidebis exire, quod si Medicamentum dederis pituitam evacuans, pituitam uidabis, quod si Medicamentum exibeat, atram bilem educens et Melanconiam, Melanconiam, atq; bilem observabis; quod si Ulnus in aliqua corporis parte infligat, sanguis ab illo effluet. unde cum Hippocrate concedendum quatuor de facto humores esse in corpore nostro, qui humores sunt predicti, nempe sanguis, bilis &c.

Unusquisq; humor, aut alimentalis est, aut excrementitius; Alimentales sunt, qui in substantiam abit conuertuntur; Excrementitij uero, qui nutrire nequeunt, etiam si natura interdum ijs utatur in aliquem usum, ut uidebimus infra.

De Sanguine.

Sanguis quoad nomen ex Galeno 6° Epidemiorum textu 28° dupliciter intelligitur, uel ut est humor à cæteris humoribus distinctus, scilicet qui est 4us humor, uel ~~qd~~ totam massa sanguineam in uenis existentem. nos hic loquimur de sanguine 1° modo, ut sumpsit Hippocrates lib. de Natura humana textu

Sanguis igitur, qui á cæteris humoribus disquirit quem dixerunt antiqui in Epate generari nos aliud est, quam quædam substantia fluida calida et humida Epatis portione Respondens aeri, ut fere omnes medici affirmant.

Hic sanguis duplex est. Unus totus bonus et Offerte nutriens, alter ab hac Offectione totaliter recedit.

Sanguis igitur Offectus sic poterit describi: Sanguis est Humor rubeus, calidus et humidus ex calidore et humidiore chili portione geniti in Epate ex Antiquis, ut cedat postea in Nutrimentum partium Corporis sibi analogarum.

Per partes analogas intelligimus partes similes ita ut quando dicit, quod sanguis nutrit partes Analogas intelligimus á Sanguine nutriri partes sibi similes, nempe partes, que sint calidæ et humidæ.

Confirmatur definitio sanguinis ex quatuor causarum generibus, nam Causa Fortis est Sanguinis temperies calida et humida, quam sequitur rubedo; concoctio enim, que fit in Hepate assimilatur assationi, que autem assantur, ut Experientia docet rubra fiunt, quare Sanguis rubeus est unde calor Sanguinis etiam Accedit ab Hepate á quo generatur, quia ovta testantur Naturam suorum principiorum, et efficientem sibi assimilare passum quærit; Quia vero concoctus est á malo odore est immunis, qua de causa

gustui suauis et dulcis, eius enim sapore
pallato admodum gratus resultat, quę omnia
sequuntur sanguinis temperiem; Causa efficiens
istius est facultas concoctrix, siue sanguifica
trix Galenis secundum Antiquos, quę utitur calore
spirio et temperie tanquam instrumentis; Causa
materialis est pars chili portio, nam quę magis
terrea sunt in Melancholiam, quę uero subtilio:
ra, tenuiora, et calidiora in bilem, quę frigid:
ora in pituitam; quę uero puriora, et tem:
peratiora in sanguinem transmutantur. Causa
tandem finalis est, quod sanguis sit nutrimen:
tum partium sibi analogarum.

Continetur uel in arteriis, uel in uenis; Qui exis:
tit in arteriis tum calidior tum spiritiosior est,
quia insitum calorem conseruare debeat; Qui
autem in uenis inmoratur non ita tenuis et calidus
est, et per uenas defertur ad omnes corporis partes
nutriendas; iuxta tamen opinionem antiquorum,
aut alii sentiant recentiores, fiet infra uide:
bimus.

Sanguis infectus et uitiosus tripliciter euadit
a naturali suae affectione, Primum, uel secundum
quantitatem, uel secundum qualitatem, uel secundum
substantiam; Secundum quantitatem dicitur sanguis plu:
ceare, quotiescumque aut excedit, ut in corporibus
Athleticis, aut deficit, ut in corporibus Cachecti:
cis; Secundum qualitatem sanguis euadit uitiosus,
quando alteratur a spirio temperamento, aut
nimis crassus, Viscidus, ac lentus existat. Secundum

substiam mulat sanguis, vel quia putrescat, et putrefactus secundum partem tenuem conuertat in bilem; et secundum crassam in Melanconiam. Accidens vero, quando miscet cum altero humore ab eo diuersus, ut puta Icor, sanies. Ista doctrina circa sanguinis elaborationem iuxta Antiquorum dogmata, ac nobis deficiant etiam Neutericorum placita, paulisper circa hanc materiam uersabimur; quo circa sciendum uenit in i.m; quod cum chilus accidi particulas uarijs in partibus nutritionis optime degeneratas existat, praecipue ex sentia situij et laboe effectrix habens elaborationem ab illo humorum triuniuersato succi in quo Pancreatici Pituitae salinalis, et bilis. Ille, qui a ductu Pancreatico superna ductus Cholidoci insertis, alteraq; a glandulis salinarijs communicat; 3.us uero, qui ab epate duodeno mandat per uenas lacteas sensim transeundo, et maiorem semper purificationem acquirendo; quousq; deferat ad receptaculum Pequeti, quae Magna Glandula etiam nuncupat; a quod receptaculum plura uasa lymphatica concurrunt; ut sanguis lymphae beneficio dilutus et magis purificatus a ductu Thoracicum transeat; donec per uenias ad uenas subclauias, et per uarijs ductibus inserat truncis uenae cauae, ut a uena caua in dexterum cordis auriculam ab hac in dexterum ventriculum immittat ubi efervescit, rarescit, et accendit una cum alio sanguine effecto cui miscet, ut

indé & uenas arteriosas communicat pulmo:
nibus, ut ibi magis elaboret, et ab fecis ni:
trositate Cor acquirat; A Pulmonibus in
Arterias uenosas descendit, et in Sinistras Au:
riculas recipitur, et ab hac Sinistro Ventriculo,
irritatur, ibique magis, quam in dextero effervescat,
Rarescat, et accendatur; Deoq: hac ultima san:
guinis affectione insinuatur, sicut unica vice
saltem alijs veiterabis Circulationis motibus, quibus
plenè adhuc deficitur in rebus Cordis dami:
gnat; Et explicant hanc elaborationem exemplo
lactis cuius si Mixtum sit sal tartari, hac & ebu:
litionem rebus suscipit Cor. ~

Hæc: Opinio hæc Recentiorum Authoritatibus ve:
manet destituta, nam Aristot et Hippocrates in
lib: de hominis structura Num.º 2.º scripserunt
arterias á corde puros sanguinis recipere, et
spiritus, Venas autem á corde sanguine sume:
re, unde statutum fuit Cor esse sanguinis fon:
tem lib: 4.º de Morbis, ita ut nostris temporibus
non amplius decantetur sanguificatio in Cyate, sed
ipsum tantum constituunt ex Natorium bilis, et mas
se sanguineæ expurgatorium, cui etiam fieri suc:
cus quibus accidunt administrat ad hanc fermenta:
tionem vitæ efficiendam Quæ videre potestis ex
Malchibio in eius libello de fienis structura
edito. ~

Quadris Thomas Cornelius in lib: Gymnasmatum
Gymnasmate 5.º statuat nec adhuc omnino de:
negandum esse, quin aliquid Chili deferatur etiam

ad Cor, vel in sanguinem transmutetur, neq; ab hac opinione aliqui etiam dissentiunt, hoc tamen verissimum est, quod ductus ille Thoracicus manifeste chilum ducit ad venas & loca ipsi nobis assignata. Alterum, quod venit annotandum ex eiusdem doctrina est, quod in sanguine duae dentur partes, una scilicet, quae concrescit in fibras si refrigeretur et vocatur Auctifica, et nutritiva; Altera vero subtilis, et rubicunda, quae ab ipso pariter vivifica dicitur, et quod in corporis partibus naturalis caloris munere fungitur, et ne quis hanc opinionem cogitativam tantum diiudicet, hanc comprobat experimento, si enim mittatur sanguis in talo, pars illa, quae canducat albescit, et incrassatur, et in aqua calente petit fundum dicitur pars Auctifica, quae vero inquinit rubrum colorem aquae, pars vivifica et spiritualis nuncupatur.

De Pituita.

Iure merito post sanguinis tractationem de Pituita venit agenda, cum hec non multum a sanguinis natura recedat, cum & ulteriorem concoctionem valeat in sanguinem transmutari. Pituita igitur si cum elementis conservatur Aquae, si vero Anni temporibus hiemi respondet, quia ipsa & hiemem principaliter augetur, ut potequae natura maxime cum hieme consentiat; cum Cor: pus sit frigidum et humidum. Duplex est Alimentalis una, Excrementitia altera; ia definitur quod sit humor frigidus et humidus ex fri:

gidovi et humidovi dici portione genitus ut
cedat in Nutrimentum partium sibi Analogarum.
Hic humor virtutis in actu respondet Aqua
unde Hæc pituita est omnino specie diversa ab
excrementitia, et solum secundum quandam Similitu:
dinem talis appellatur. Excrementitia verò subdivi:
dit in Naturale et præter Naturam; Naturalis
est illa, quæ Ducitur in Ventriculo, et Ulte:
riorem Concoctionem potest in bonum Sanguinem
converti, et hæc est illa, quæ supernatari videt
in Sanguine extracto, quæ est Materia alba et
aliquando crassa et viscida. Huic pituitoso,
et excrementitio humori Natura nullum con:
didit Instrumentum, quod eum expurgaret, quema
modum bili destinavit Vesicam felleam, et Melanco:
nia fienem. Ratio autem est, quia cum Pituita
sit humor veluti ex dimidio coctus, talis succus
non ultiori evacuari desiderat, sed in Corpore manere
alterari; Hinc factum est, quod si quis humor
excrementitius una cum Sanguine Omnem
Universum Corpus sit Pituitosus, Unde Necessita:
tis et utilitatis Causa deferri; Necessitas est,
ut deficiente Sanguine bono, Natura eo utatur,
ne Corpus frustretur Alimento etiamsi pravo, ut
patet in deuco Scrymaticis; Utilitas verò est,
ut Membra humectet, præcipuè quæ Mobi
sunt destinata, ne incalescant, et Nimium
exsiccentur.

Porrò Pituitæ excrementitiæ non Naturalis Species
Multæ sunt; tamen omnes desumuntur, vel ab

illius substiæ, aut à qualitatibus suis ~~[illegible]~~ minis tus 2.dis.
aut tandem à diuersa actione calonis; Illa à substiæ petita, alia est Mucosa et partim inequalis. alia uero est Cruda et partim Equalis. Illa enim à calore aliquo pacto passa secundum quasdam portiones crassior reddit; secundum quasdam minus, et ob id Inequalis, quæ uero nulla à calore habuit, uel saltim paucas Mutationes; cruda et partim Equalis dicit. quia equalis nulla sustinuit passiones. ~~et~~

Rursus Pituita. Alia est aquosa et tenuis alia uiscida et lenta, quæ nihil aliud est, quam Crudus humor cui lentor est adiunctus, quam Pituitam Anaxagoras uitream uocat, quia emulat Uitrum fusum; Alia est Pituita Gypsea, quæ circa Articulos concrescit quarum omnium Pituitæ specierum Meminit Galenus 3.o de locis affectis 2.do excepta Gypsea, de qua nullam fecit Mentionem, et iure, quoniam illam appellare licet Nomine humoris, cum non sit Corpus humidum, et fluidum.

Pituitæ autem Pituitæ excrementitiæ considerantur penes ipsas qualitates, uel est Magis uel Minus frigida, quam par conueniat naturæ; Frigidior Pituita est uiscida, lenta, Uitrea, Gypsea, Aquosa, et Tenuis ita tamen ut sit salsedinis expers; et ut breuiatim dicam, omnes Pituitæ excrementitiæ differunt excepta salsa, et crassa non omnis ~~salsa~~ sed solum ea, quæ talis reddita fuit à calore; Cuius intelligentia notandum uenit; Pituitam duplicem crassam euadere, uel quando assata à calore partim tenuiorem resultat, uel quando frigidus conge:

tat ysdem partibus tenuioribus expressis; hæc iusto fri-
gidior est, illa uero calidior.

Pituitæ Dissimilitudines à 2.dis qualitatibus sunt tres, idest ac-
cidus, dulcis, et salsus; et licet Galenus assignet quoq; insipi-
dus, reducit ad dulce, cum utraq; fiat ex paucus calidita-
te; sicut accidus à frigiditate; salsa enim Pituita effi-
cit, quotiescuq; uapores ipsi mouent, seu exhalationes ca-
lidæ sursum ferunt, dum caliditas agit in humores, andé
Pituitæ immixtæ, quæ proportionem respondet aquæ sal-
sus producunt Pituitas, sicut succedit in salsedine maris
quæ nulla alia recognoscit causas, quas mixtionis
exhalationis terrestris calidæ et siccæ cum aqua.

Tandem differentiæ pituitosorum excrementorum
penes diuersas caloris actiones; quædam enim
sunt simplicitæ crudæ et inchoatæ materiæ, aliæ
parum absunt à sanguinis forma, ita ut in-
numeræ esse possint præternatis differentiæ
pro diuersitate caloris in illis agentis, sicut
affirmat Galenus lib: de sanitate tuenda cap.to
ex quibus omnibus colligendum uenit humores pitui-
tosos, qui sunt semicocti, uel parum absunt
à sanguine esse naturales; sicut talis est
Pituitæ portio, quæ generatur in ventri-
culo, et per Universum corpus una cum
sanguine defertur utilitatis et necesi-
tatis causa, ut iam prius diximus.
Consetur quoque naturalis Pituita
dulcis et insipida, omnes uero reli-
quæ iam enumeratæ præter naturam
existunt.

De Bile.

Bilis Nomen ex Galeno 1º de Natura humana textu 37º simplicit sumptus significat bilem flauam, cum alia bilis diffie dicant cum adiuncto, ut bilis pallida, Vitellina, Cruginosa, et siqua alia sunt bilis species.

Bilis itaq; in universum sumpta omnino Pituite est Contraria, siquidem hæc Augeth Hieme, illa Estate, Una respondet Aqua altera igni; 1ª calida est et Sicca facultate non actu; 2ª frigida et humida.

Bilis quemadmodum alii humores duplicit se habet, una in quo est Naturalis, altera non naturalis, seu Excrementitia. 1ª generat in Epate, et definit, quod sit quidam humor amarus calidus et Siccus ex Calidiori et Siccioni Chili portione genitus, ut cedat in Nutrimentum partium sibi Analogarum. Cuius una portio per Universum Corpus demandat; Altera recipit in uesica fellea necessitatis, et utilitatis causa; Bilis itaq; per universum Corpus mandat una cum Sanguine, ut Membra, quæ bilioso Sanguine nutriunt Juvio non desiteant alimento; Utilitas uero est, ut sua tenuitate efficiat, quod Sanguis facilius Pervanseat a Corporis partes alenda. Necessario postea recipit in uesica fellea, ut Sanguis ab hoc excremento depuraret, et Et hæc Pars Juvium haberet Nutrimentum; Utilitas est, ut una portio bilis per Vas quoddam in intestinum Duodenum demandet a hoc ut Intestina mediante hoc

hamove á Meccis detergeretur, et ut facultas expultrix iuvaret á fecces expellendas.
Bilis ñ naturalis, seu excrementitia duplex est, uel ipsa admixtione alterius humoris, uel ipsa sola á diuersis gradibus alterata.
1º Modo, uel Admiscet cum Pituita, uel cum Malancolia. Si cum Pituita, ovin bilis ñ naturalis Maioris fame appellata, quonia frequentius occurrit; Admiscet autem, uel cum Pituita aquosa, et tunc generat bilis Citrina, que pallida etiam Nuncupatur; admiscet aliquando cum Pituita crassa, et tunc ovin Bilis uitellina. Si postea admiscet cum Melancolia ovin illa species bilis ñ naturalis, que ab Auicenna dicit Minoris fame, quonia raro contingit. Si bilis preter naturam euadat, quia alterat, et Mutat á diuersis caloris gradibus, tunc Dari bilis differe ducunt, et diuersum sortiunt nomen iuxta calorem.
Hæc sunt igitur species Bilis alterate, Pallida nimirum, flaua, uitellina, Porracea, Aruginosa et Alba, quomodo autem Generentur paucis dicendum.
Bilis pallida ceteris est minus calida, et differt á flaua bile, que est calidior, tum penes calorem, et colorem tum penes substantiam, quonia flaua bilis est crassior, pallida uero tenuior ob admixtione aquosa et serose humiditatis; penes calorem, quonia flaua bilis est calidior, pallida autem minus, cum

ab aquosa humiditate calor ipse retundat; penes colores differunt, quid una flava est, altera pallida.

Post pallidas sequitur flava, quae talis est nuncupata, cum flavus ostendet colorem; sapore est amara, sicuti ceteraeque bilis species.

Bilis vitellina ita dicitur ob similitudinem quam habet cum omnium cuidorum vitellis, hic secundus color, tum secundus subsidit; generatur dupliciter; vel ex commixtione pituitae crassae cum flava bile, ut vult Avicenna; vel ab ipsa flava bile, quando multum a calore assatur, et haec est illa, quae afficit ulteriorem gradum caloris; unde haec calidior est, et saturatior praedita colore; contra, quae fit ad mixtionem pituitae crassae, nec adeo calida, nec adeo colorata apparet; retundit enim, et calor et color ab ipsa mel pituita.

titudinem, et profunditatem.

Nutritionem pluvimum Augmentatio à nutritione
non fit ab eadem Anima, quæ utitur eodem substro
nimirum natiuo Calore, habent commune sub-
quod est Corpus viuens siue Animatum, habent
eandem Materiam, quod est Alimentum, ex qua
differunt tantum forma, et fine, nam forma
nutritionis est unio Alimenti, Accretionis uero
motus extensionis. Differunt uero fine, nam
nutritiua facultas alimento utitur, quatenus
substiam partis conseruat simpliciter; Auctrix
uero, quatenus substiæ magnitudinem, et iux-
tam quantitatem intendit, nec dicet Mattis
substia nutritionis absq: quantitate consistere
non possit, tamen non substiam respicit, quatenus
habet quantitatem, sed tantum quatenus est
substia; Augmentatio uero eam substiam respicit
non qua est substia, sed quatenus habet quan-
titatem, exemplificat enim, dum in Carne
mutatur sanguis, eatenus est nutritio, quæ sola

carnis substiam verificit, qualenus uero mu:
tat in carnem maiorem, eatenus est augmenta
tio, quae non verificit substiam carnis, sed illius
tantum quantitatem.

Differunt etiam tone temporis, nam nutritio toto
tempore uitae durat; augmentatio uero usq:
ad certum uitae tempus, homo enim, et ut ipsu:
vimus ad 25 usq: 30 annum extenditur; ho:
mo enim ut et alia uiuentia non semper au:
getur, sed ad certum usq: aetatis terminum, quod
non fit tone animae, quae semper suae retinet
vires, sed corporis praecipue ossium, quae ipsu:
su temporis, sine aetatis ita induranti, ob con
tinuam humidi primogenii exsicationem, ut
ad extensionem amplius apta non sint, ut etiam
alia partes solidae assequantur, a quarum exten
sione secundum trinas iam enarratas dimensi
ones pendet immediate ipsa augmentatio; non
tamen dicendum auctricem facultatem ob id ui
tiari et corrumpi, quia semper non sit in
actu 2°, nam duplex est causa cessationis
una a fine, altera a subto desumpta; a
fine, quia iam debet auctrix facultas cessare
cum ad iustam magnitudinis terminum conuenerit;
a subto tamen, quia exsiccatis ut diximus par
tibus solidis praecipue uero ossibus, non habet corpus
extensionem aptam.

Orbis Problema autem scitu dignum, quare omnes
homines ad eandem magnitudinem non conueniant.
Ratio triplicis, uel tone diuersae dispositionis

corporum, uel rone similitudinis parentum, uel rone nutritionis; ex 1.a causa, quia corpora quo humidiora et calidiora, eo sunt aptiora ad extensionem, magisq: citius crescunt, quam frigida, et sicca, quorum partes ni ita sunt extensioni partes; ex 2.a causa, quia semen hominum partium ideam, omnesq: earum conditiones transfert a parentibus in liberos, quomodo autem quantitas in uiuente acquiratur, sine Augmentatio, licet uarie sint opiniones, ea tamen uerior est, qui credit id fieri per extensionem, quando scilicet Alimentum per omnes corporis partes, earundemq: omnes positiones diffusum extendit, quod fit dum omnes pori repleti, quibus repletis partes extendunt extensis, atq: auctis omnibus partibus totum etiam augetur eodem modo, quo spongia in amplum modo extenditur uidemus postquam in omnes eius partes aqua se insinuauit. Ad extensionem autem corporis etiam Anima quoad uirtualitatem extendit. 3.a causa, quod homines equalibus non crescant est, quo enim perfectius et copiosius nutritur corpus, eo etiam magis, et uelocius crescit, et quo imperfectius et parcius, eo minus et tardius.

De Facultate Generatrice, et Generatione.

Generatrix facultas est ea uis Animae, qua homo sibi simile producit ad propriam speciei

conservatione. Hinc generatio, quæ est eius actio, est sui similis productio; viventia autem similia generare dicuntur, dum aliquid de sua forma, et de sua materia largiuntur, id quod fit dum semen exibent; in semine enim est et materia et forma futuri canis, neq: differt a carne canis semen, nisi sicut potentia ab actu, seminis nihil addit, quam organorum expressio, quæ confuso prius erant.

Pa origo propagationis, siue generationis inlita est viventibus in 1a Dei creatione, dum omnibus viventibus benedixit dicendo crescite et multiplicamini.

Duplex autem est generatio, una, quæ uniuoca est, et sibi simile generat, et talis est generatio omnium animalium perfectorum; altera æquiuoca, in qua res diuersæ et dissimilis naturæ generantur, et talis est generatio omnium animalium imperfectorum, quæ ex putredine oriuntur, et quando forma introducitur in materiam, tunc generatio non apud medicos creatio appellatur.

Generatrici facultati duæ aliæ subseruiunt, alteratrix nimirum et conformatrix. Alteratrix est, quæ subiecta generationis materiam alterat et immutat; subiecta autem generationis materia est semen, quod in uaria partium naturam transire requirit, nisi prius omnes illius qualitates tam 1a quam 2a uarie immutentur; ideo tributa est animæ peculiaris facultas, quæ munus istud officiat; alteratrix et immuta

trix ideo appellata.

Conformatrix est, quæ toti corpori et singulis eius partibus debitas figuras et formas dabit; Seminales uero materias alteratas et quassatas recipit facultas conformatrix, et ex ea omnes corporis partes effingit, et unicuiq: earum debitas magnitudines, figuras, situs, connexiones, et alia omnia commodè assignat, quæ cuiusq: peculiares actiones ad commodè exercendas requirunt.

Mirius autem est propagationis animatorum modus non diuersimodè succedit in plantis et uegetabilibus, in quibus radices et ramos ex arbore excepitos arbor eiusdem speciei constituit, ita tamen, quod materia auulsa conuenientem domicilium animæ prebere possit; In animalibus uerò et si quoq: mirius videatur propagationis modus, dum alia oua pariunt, alia uiuos fetus, tamen in eo conuenire uidentur omnes, quod alia nullas corporis partes auulsas, sicut plantæ, sed semen, aut semini quid analogum generant.

Est et dictum inter plantas et animalia præcipuè differentia, quod plantæ quæ semen generant tale generant quod ad similes plantas producendas solum sufficit; In animalibus uerò, quæ sexum habent neutrius parentis semen ad simile generandum sufficit, sed ut Plato ait utrius: sexus suam ad generationem confert, et neutrius sexus semen sumptum seorsum, sed coniunctum in

uero femina unitus prolificus et fecundus fit; unde benedicit, quod mas non in se ipso, sed in alio; femina uero in se ipsa generat; plura essent circa generationem proponenda, quæ cum videantur præter intentum nostrum omitti possunt, et videri possunt apud Senertus.

De Facultate Vitali.

Post facultatem naturæ adest facultas uitalis ackonitis et organis peculiaris a natura, et Animali distinctis; Hæc facultas sedem suam habet in Corde, et recte hæc facultas appellatur uitalis conseruans, quia cum in insito calore uita constituat, illius pariter conservatio fit mediante spiritum uitalium influentium, qui ab ipso met Corde dependent; Definitur igitur facultas uitalis, quod sit ea uis Animæ, quæ spiritus uitales in Corde generans, et uita in toto Corpore conservat. Quæ sunt inservientes huic facultati, pulsus nimirum et respiratio. Pulsus nihil aliud est, quam functio Cordis et Arteriarum composita ex Sistole et Diastole cum intermedia quiete orta a facultate pulsifica Cordis ad coadiuuandam generationem spiritum uitalium, et ad eorundem distributionem totum Corpus efficiendo. Diastole nihil aliud est, quam dilatatio Cordis et Arteriarum ad Aerem recipiendum, quo ventilatione refrigeretur Cordis; Sistole e contra est constrictio earum partium, ad hoc ut Corpuli ginosa excrementa, ex generatione

spiritum ovta fovas propellat una cum distributione Calovis per universum corpus; inde Systole autem et Diastole dari intermedia quies, quia non potest sicuti transitus ab uno contrario ad aliud, nisi per medium.

Tria postea sunt, quae requiruntur ad pulsum efficiendum, scilicet facultas pulsifica, quae est in agens cor, et Arteriae, quae sunt principale instrumentum pulsui aptum, quae ab illa facultate commoventur, tandem usus et necessitas, nimirum spiritum generatio, et Calovis nativi conservatio.

Respiratio est Actio partim Animalis, partim naturalis, qua per os ducitur Aer ad pulmones distento, et dilatato thorace, ut vapor humidus eodem contracto excludatur ad Calovis nativi conservationem, et spiritus vitalis generationem; Constat autem duobus motibus, et intermedia quiete, scilicet expiratione, et inspiratione; Inspiratio fit dilatato pulmone et thorace, et Aer per os, et naves ad Cordis refrigerium attrahitur; Dilatatur autem thorax per Musculos huic officio destinatos, unde dilatato thorace etiam pulmo dilatatur, ne in illa cavitate detur vacuum, et sic pulmo Aere impletur quod fovis, et Cordis aestus temperet, et sanguinis effervescentia compescat. Expiratio et compressio pulmonis, et thoracis ad fuliginosa excrementa per os, et naves excludenda, nam praedicta expiratione thorax et Pulmo contrahuntur, et

se se conturbaendo aerem calidum, et fuligi
nosos Vapores á corde emissos foras excu-
dunt; Hay etiam in media quies eadem vene,
qua diximus deputatu; tria pavit ve:
privunt ad efficiendam respirationem, fa:
cultas Animalis Musculis thoracis movet
insita naturalis, que pulmones impellit
ad Motum, ut cordi auxilio; Instrumen
ta sunt Omnes partes respirationi dicate,
tandem necessitas, et usus respirandi ad
cordis calorem mentiandum.

De Facultate, et Functione Animali, et p.o de Facultatibus Principibus.

Absolutis ijs, que spectant ad facultatem vitalem,
et naturalem reliquum est ut accedamus ad ea que
spectant ad Animalem, cuius functiones cum alie
sint interne et principes; Alie externe et minus prin-
cipes, nos quoq: eodem ordine servato á principibus
exordium desumemus, quarum cognitio ut strictius,
et effectius habeatur circa ipsius essentiam versa
bitur, hoc unum scientes, quod sicuti facultates en:
naturales sunt tanquam cause, ita effectus sunt
tanquam actiones ab ipsa Anima dependentes.
Est igitur facultas Animalis ea vis Animæ, qua
homo sensum, Motum, et principes Animæ functio
nes exercet, et solis Animalibus contingit, qua
de causa talis appellatur.
Tres potissimum sunt Animæ functiones; Im-

maginatio scilicet, ratiocinatio et Memoria; hi cum autem istæ functiones principes Animales quia in solo cerebro suam habent sedem. Immaginatio est illa Animæ actio, qua omnium obiectorum species à se invicem discernunt et discernunt, non cum à natura insit, ut unus quisq: sensus proprium et peculiare habeat obiectum, cuius speciem recipit in proprio Organo, ea tamen non diudicat, cum solum pertineat ad Immaginationem, ad quam perveniunt species per propria Instrumenta. Cum igitur cerebrum sit sedes principum facultatum, dum sensuum diversorum obiecta illi communicant, repræsentant p. in Immaginatione, et à se invicem distinguunt, quod nequeunt præstare sensus peculiares. V.g. visu tacta albedo sola, quod est tactum obiectum et cadit sub colore albedo sola repræsentat, non autem dulcedo. Gustui è contra dulcedo et non albedo; At Immaginatio utrumq: recipit, et recte diudicat. Præterea Imaginatio non solum res præsentes, sed etiam absentes recipit, et in Animo repræsentat, multaq: Compponit, quæ sæpe nunquam extiterunt, ex analogia tamen eorum quæ sensibus sunt conspicua, nihil enim cadit in Imaginationem, nisi prius fuerit in Sensu quæ quidem Animi passiones, quæ veniunt sub immaginatione in duas disgregantur species, nimirum in Sensum Communem et phantasiam, et ut sunt sensum Communem species tantum recipere obiectorum præsentium; Immaginationem verò etiam res

absentes sibi Ponere, ac si essent presentes, nec vera, que non sunt et Impossibiles.

De Ratiocinatione.

Postquam species intelligibiles recepte fuerunt a sensibus externis et spiritus Animales in organo determinato residentes, et sensui Communi allate, mox ad alteriora in cognitione et deputatione phantasie apponeat; unde phantasmata illa in immaginatione recepta intellectui agenti communicant, ut postmodum infixa in Intellectu patiente ea sic actu delineat ut ilevum supra species receptas dividat, Componat, et eorum Naturas et essentias speculetur, et inuestiget, donec Intellectus non amplius speculatiues sed practicus dicat, dum beneficio discursus bonum a malo, verum a falso disquirit, et sic insurgit tunc Ratiocinatio sola homini peculiaris, cum reliqua sint etiam brutis communes.

De Memoria.

Memoria est illa Animae actio, qua species sensibiles a phantasia, seu Immaginatione cognita recipit et reservat, et cum opus est eas exibet, cum verum species semel in Animo recepte diu conservent, tamquam oneum quoddam, a quo ille desumunt, quando opus est.

Duo autem sunt actus Memoriae, unus qui appellat vere memoria, Alter reminiscentia, et disgregant in hoc, quod Memoria est rei antea

cognite, et Excepte, ut Excepta eval iterata, et prompta apprehensio, seu repetitio; Reminiscentia vero est unius, uel plurium rerum in Memoria asseruatarum notitia, quę non Imple occurrit, sed recordat; ita ut Memoria sit recordatio rerum, Qut actu sunt, Reminiscentia uero est recordari, sed sub diuersa actione.

De Somno et Vigilia.

Non hic agimus de somno et Vigilia Qut sunt causę salubres, uel insalubres, et prout talqua res non nattes a medicis considerant, sed hic loquimur de ijs post Evacuationem intrinsecum sensum, cum et ipsę affectiones referant ad intrinsecas Cerebri functiones; nam somnus nil aliud est, quam quies, et cessatio sensuum intrinsecum, et extrinsecum ad Corporis recreationem instituta; et sunt sensus, Affectiones, et actis, et omnibus Animantibus competentes; hinc quę inanimata sunt, seu quę Anima sentiente destituunt, ut Plantę neq: Dormiunt, neq: sentiunt.

Per sensus intrinsecos intelligimus potissimum, quod sit ita intrinsecus actio, et quam fit receptio specierum, quę a sensibus extrinsecis ferunt ad immaginationem; ideo dicit, quod sensus communis precipue in somno afficit, hoc enim quiescente etiam reliqui extrinsecos cessant, tamen et somnus cessat illa actio, non tamen immaginandi, ratiocinandi, aut memorandi, quę actiones in Dormiendo non rarro exercent; Immo ipsorum sensuum non est omnimoda cessatio somnus; Dormientes enim uiolenta Circumstantia obta, ut Clamores, Concussiones et, alq: licet som:

nus dicat privatio, Vigilia habitus; Sed est tamen
totalis privatio, sed huiusmodi, ut ab ea ad habitum fa-
cilis sit regressus, alq: ita neq; privationis essen-
tiam non complet.

Quoad causam, quæ sensus extiores ita uelut uinci
at, utq: est dignus Inquisitione, quæ Somni proxi-
ma, et immediata causa est spiritum detentio,
et Inhibitio, ne influant in organa sensus, et
motus; unde non Inhibeat talis influxus spiritum
Communis opinio est, quod fiat a Vaporibus cere-
brum petentibus, illius meatus obstruentibus, quod
tunc contingit in somno nocti et quieto, quando
Vapor benignus, et uelut viridus ex alimentis
in cerebrum fertur, eius Ventriculos, et Meatus
Infundit, ut spiritus detineat, et Animales ac-
tiones consopiant; et quod Somnus ex huius-
modi Vaporibus in cerebrum delatis excitetur, in-
de patet, quod ex Copioso Cibo et potu Meri-
dianum somnus longus, et profundus excit-
etur, cum ex his Multi Vapores ad cerebrum fe-
runtur; Qui uero ualdè sobrij sunt, parum
dormiunt, quia pauci Vapores ad cerebrum
ferunturque citò dissipantur; Tunc enim som-
nus cessare solet, postquam uapores illi a
calore nativo fuerunt resoluti.

Multis uero de Causis Inhiberi potest Spiritum
influxus, nam hoc efficiunt ea, quæ illos mul-
tos dissipant, uel obtundunt, aut alio quouis
modo sistant, nam Somni Causa præcipua
prohibens Spiritum influxum est Vapor um

copias ad cerebrum delatas; sunt autem multæ aliæ, quæ efficacius, aut saltem minus naturalius idem præstare possent; Verbis quandò spiritus Animales sunt ita exsuti per diuturnos labores, Intentiones, Animi cogitationes, et studia, et curas, ut non suppeditet sufficiens eorum copia ad influxum ordinarium efficiendum; sed natura eos retineat ad reparationem deperditorum, sic etiam à rebus frigidis assumptis, uel à motis spiritus quasi congelati subsistunt, et intercipiuntur, sistunt enim spiritus ab ijs, quæ Animum demulcent, qualia sunt sumanis Cantus, Murmur aquarum.

Finis uerò Somnij est uirium Animalium, et totius Corporis instauratio, quoniam Somnum uires primario conseruant, quia ex longa defatigatione consumptæ somni beneficio iterum restituuntur, et membra ex longo motu defatigata ad pristinam naturam, et functiones redeunt; Rursus Somnum actiones naturæ efficiunt, quæ Vigilias quodammodo impediunt, nam tempore somni calor naturis intus se se recipit, concoctiones melius celebrantur, et noua sugetur materia ad spiritus gignendos.

Vigilia è contrà nil aliud est, quam exercitium liberum sensuum internorum et externorum, quod quidem nullo modo potest accidere, nisi quis prius à somno excitetur, quæ excitatio in Animali duplicitè contingit, uel sponte, uel à quadam causa

extra; Prior modus naturalis est, et solet succedere, quando iam absoluta concoctione & calores naturales, qui intra se se abdiderat ex toto vapores remanent resoluti, et sic spiritus rursus exeunt, et ab extra diffundunt ablatis omnibus obstaculis, quæ illibebant, nè spiritus ab organis sensuum liberum haberent transitum. Neq: tamen semper ab absoluta concoctione Animal expergiscit, sed quandoq: etiam intra coquendum, quando, ibi vapores atri ex humoribus ei losis ad cerebrum gerant; 2.° Modo succedit vel ab aliqua causa violenta, vel à clamore vel tactu &c. Notandum, quod illi, qui crassis abundant vaporibus non adeo facile excitant, ut patet in ebrijs, et patrijs in p.° somno, qui pro: funiorem est, quoniam tunc vapores sunt copiosiores, et crassiores, unde paulatim absumunt, et attenuant.

De Insomnijs.

Cum in somno accidant insomnia de his aliquid est dicendum ut eorum naturam, differentias et causas inuestigemus. Definitur Insomnium, quod sit phantasma rei alicuius sensibilis Animali in dormiendum occurrens, unde somnium est effectus pugnique phantasiæ, et fit dum simulacra, obiectorum sensibilium in vigilijs ad cerebrum delata, et ui spiritus Animalis in pressa, ibi conseruantur, quæ dum Animal dormit rursus occurrunt, et apparent, quo fit ut

Animal veneva se iudicet sensibus extrinsecus res illas cognoscere, quæ repræsentant ab illo simulacro, ut plurimum horis matutinis succedunt, quia tunc spiritus Animales sunt puriores ipsum vestutio nem crassorum Vaporum.

Quæ sunt Principaliores, alia enim sunt insomnia naturalia, alia preternaturalia; Rursus naturalia subdividunt in Animalia, et Naturalia. Naturalia ea sunt genericè, quæ fiunt à causis naturalibus; Preternaturalia, de quibus spectat ad theologos tractare, alia sunt diuina, alia Angelica, alia diabolica; Animalia naturalia sunt, quæ circa res, quæ vigilantibus sunt obiecta occupant, et ex relictis vestigijs imaginum in diu formatarum efficiunt; Naturalia verò simpliciter ea sunt, quæ à causa latente in Corpore ut humoribus, temperamento, et varia Corporum dispositione oriuntur, nam sanguineis Colores rubri, Conuiuia, Nuptiæ, Oscula, res venereæ, Musici Concentus, amplexus, et alia id genus ad utrumque tale Phinentia; Biliosis Colores flaui, Rixæ, Bellum, & Pituitosis Colores albi, aquæ submersiones, pisces, Nauigationes; Melanconicis tandem Colores nigri, tenebræ, Cadauera, Sepulcra, et alia huiusmodi. Vltra hæc Astrorum influxus non raro concurrit, cum Corporis tamen dispositione ad insomnia efficienda, et illa potissimum solent habere aliquam significationem.

De Facultatibus Minus Principibus.

Absoluto tractatu de sensibus interiorib principiis, accedimus ad tractationem facultatum minus principium, ut sic integram habeamus facultatum, et functionum cognitionem.

Quæ sunt facultates minus principes, nimirum sentiens et Movens. Sentiens facultas est ea vis Animæ, quam Obiectum extrinsecum et medium idoneum delata in spiritus organis percipiunt; illius vero actio sensatio appellatur, ita ut appareat distinctio inter sensum sensibilem et sensationem; nam sensus est facultas, sensibile est Obiectum sensatio vero est tanquam effectus à causa productus nimirum à sensu.

Plura requiruntur ad hanc facultatem vite exercendam quæ tamen ad quatuor reducuntur, nimirum, nimirum instrumentum bene dispositum, sive Organum et spiritus Animalis; 2° Obiectum proportionatum iuxta speciem cuiusque sensus; 3° medium cum conuenienti distantia inter Obiectum et sensum, ut recta fieri possit illius Recepto; nam communis est philosophorum sentia, quod sensus supra sensum facial ~~[illegible]~~ sensationem.

Species sensitiuæ potentiæ sunt quinque; visus, Auditus, Olfactus, gustus et tactus; Visus est sensus, quo homo Obiectum visibile medium diaphanum actu illuminatum oculis percipit, ex qua Definitione apparent Conditiones supra dictæ.

Auditus est sensus, quo homo Obiectum audibile medium sonis offerendis aptum auribus percipit; Organum adæquatum est auris, hoc est extremitas poni auditorij; Obiectum est sonus, medium vero Aer, et Aqua; facultas ipsa Anima sentiens.

Olfactus est sensus, quo homo Obiectum Olfactibile medium Processum mamillarium recipit; illius adæquatum Organum sunt Nares, præcipue

uero Gressus mamillares; Obiectum sunt Odores, Medium sunt Aer, et Aqua; Facultas, Anima sentiens.

Gustus est sensus, quo homo obiectum gustabile per medium lingua percipit. Cuius Organum Instrumentum est lingua, vore carnis varemollis, et spongiosa; Obiectum sunt Sapores, Medium, pellicula spongiosa; Linguae facultas Anima sentiens.

Tactus est sensus, quo homo obiectum tangibile per medium idoneum percipit; Aequatum eius Organum est Membrana, ad ubi Membrana non est, tactus non fit; et sicuti sensus hoc obtinet Nervi fibras, ac membranulas, et nervulos, quibus ex horum participatione recipit; Obiectum sunt qualitates tangibiles, medium ipsa Caro.

De Facultate Motrice, et Appetitu.

Notandum est tres esse facultates Animae sentientis, nimirum cognoscens, appetens, et loco Movens. Cognoscens sensus exteriores et interiores constituit, Cognitionem sequitur Appetitus, denique ad vel appetitum Animal movet; Appetitus igitur duplex est, sensitivus nimirum et Rationalis, cuius obiectum est bonum sive re vera tale, sive tale apparens; Sensitivus est ille, qui appetit id, quod sensibus tantum bonum videtur; Rationalis vero est ille, qui id appetit, quod veri bonum videtur, et ad mutuum voluntatis efficit, ut cognita ab Intellectu sequamur, vel aversemur, velle enim et nolle sunt actiones Voluntatis, cuius aliae sunt elicitae, quas scilicet voluntas per se edit, et non per potentias inferiores; Aliae Imperatae, quae indigent potentiis inferioribus. Appetitus sequitur Motus, postquam cognovevit obiectum sive gratum, sive ingratum.

Facultas motrix ab appetitu seu sensitivo, seu.

vonali impera, qui modus exequitur musculis eius
adequato instrumento; unde quatuor sunt motus mus
culorum diffe., nimirum dum contrahuntur, vel exten
duntur, vel transferuntur, vel tonsi manent.

De Calido Innato.

Cum ad effectam cognitionem viventis examinanda
sint intrinseca principia, quæ se habent tanquam
primordia omnium operationum, quæ in Animante
observantur; tractationem hic de calido innato
non omittendam iudicamus, et cum omnis cognitio
de re magis resultet ab ipsa evit Incipiendum,
quæ sic se habet.

Calidum innatum est humidum primogeneum omnes corporis
partes sparsum spiritu insito, et calore nativo
undique diffusum; Calidum autem Innatum non ille
calor, qui mixto, quatenus mixtum est venit intel
ligendus, sed viventibus propius, quippe cum hu
mido innato coniungitur; neque calidum inna
tum nuda quædam qualitas est intelligenda, sed qua
litas cum subto., unde tria concurrunt ad constitu
tionem dicti calidi innati, nimirum humidum pri
mogeneum, spiritus insitus, et calor nativus. In
spiritu enim calor diuturno versatur, et spiritus
insitus cum humido primogeneo semper iniungi
tur, quare patet ex his ita unitis calidum in
natum constituere, cum calor, spiritus, et humidum
radicale arctissimo nexu inter se coniungant, quo
circa calor ille quasi gubernator vitæ nostræ ex
istit, quo omnes actiones efficiuntur; Nec: spi:

vitiosa tantum substantia esse debebat, quæ non se
valdè mobilis est et dissipabilis, sed ut vita
diutius durare in humido stabili, ac permanente consistere oportebat, videlicet in humido,
non tenui, non aqueo, sed pingui, et oleaginoso, quod
partim similarium est substantia, et illius origo
à primis nostræ generationis principijs habet originem, et fundamentum, semine nimirum et sanguine
materno; Immò ut clariorem habeamus cognitionem circà huius humidi primigenei essentiam, ipsum
explicandum assumemus. Humidum ergò primigenum
est quædam substantia humida, pinguis, et oleosa per
omne corpus effusa, quæ calor nativus tanquam
proprio pabulo conservat, et quidem calor vitæ
nostræ Auctor et conservator, ut dici possit
adjuvare, certo inquit pabulo, non secus ac ignis
continuo indiget fomento, ut conservetur; et cum
humidum duplex sit in corpore nostro, unum aqueum,
alterum verò pingue, non potest calor ille vivificus
in humido aqueo sustentari, sed pingui, et olea:
ginoso, quemadmodum clichinium, vel candela accen:
sa non aqueo liquore, sed pingui sustentatur; verum
per oleosam, et pinguem substantiam non debemus intelligere alipem, vel sevum, quæ frequentissimè in
mulierculis reperiuntur, et ijs, qui otiosam degunt
vitam circà cutim, sed partim similarium, et spermaticarum, humidum radicale ex semine, et san:
guine materno, ut diximus deducitur, quod quidem
cum ex continua caloris actione deperdatur, eius
conservationem exposcit à pingui, et oleosa Alimen:

torum humiditate, et continuatione. Animaduer
tendo tamen, quod illud, quod vesponit in locum
deperditi, multo deteriuS sit et magis impurum
nec in quantitate, et qualitate deficiens, alio-
quin uita in eternum posset prorogari; sed cum
sensim minuatur humidum illud primigenum, et
impossibile sit, quibuis alimentis reponere equa
le illi, quod antea quit deperditum, absolutam
movienti necessitatem offert. Visa humidi primigenei
essentia reliquum est ut consideremus, quid sit
calor naturis, qui nihil aliud est, quam quedam
qualitas omnibus animantibus propria, et familia
vis, cuius beneficio uiuunt, et actiones suas
exercent. Notandum duplicem esse calorem in corpore
nostro, unum, qui dicitur Elementalis, et adhuc re
manet post interitum tanquam immixtum, et ex
quatuor elementis constat; Alter, qui Animantibus
tantum est proprius, et uiuificus appellatur, quia
illo nutrimur, augemur, conseruamur, et uiui
mus, unde Aristoteles bene dicebat uitam nostram
esse conseruationem illius caloris in humido
proportionato.

De Hominis Procreatione.

Absoluto tractatu de rebus naturis, quibus corpus
humanum constituitur, reliquum est, ut ipsius homi
nis integre constituti procreationem examinemus
ut exinde clarius innotescat artis Medicae
subiectum, quod est corpus humanum, et quia prin-
cipia eius generationis sunt semen, et

sanguis, de ipsis erit agendum.

Ad hominis igitur generationem requiritur masculus, et femina, ex quorum mutuo congressu semen genitum ab utroque effunditur, atque in uteri sinum receptum, fetus rudimenta postea componunt; Semen nihil aliud est, quam substantia spirituosa et humida in testiculis elaborata ex residuo ultimae concoctionis, hominis formam potestate continens, et ad fetus partes producendas non solum virtualiter, sed etiam materialiter concurrens. Semen enim iuxta opinionem nonnullorum decidit ab omnibus corporis partibus, potissimum verò à principiis, quae spiritus vivificos suppeditant referentes totius ideam, et characterem, quod comprobatur ex similitudine liberorum cum parentibus. In semine duae adsunt partes, spirituosa nimirum, quae est causa efficiens generationis, et crassamentum, quod est causa materiae; In spirituosa autem residet formativa illa facultas, qua homo sibi simile generat; crassamentum verò est substantia humida, et aquea, quae talis manifestè apparet, cum ex semine spiritus evanescit, tunc enim albedinem suam amittit, et spumositatem; Altera verò substantia est illa, quae inservit pro materia omnium partium solidarum, neque inconveniens est, quod una materia sit agens, et patiens, quoniam tunc temporis, seu in eo casu diversa munera ipsa est praestare,

ut patet in ouis, in quibus incubante Galina spi-
ritus ille Gliificus suscitatur mediante calore,
agens in eiusdem seminis, aut oui Materiam
agrodiendo et efficiendo partium conformationem
ac Gendé nil impedit, quin semen tum ut
efficiens, tum ut matris causa fetui concurrat
Non tamen ex prædictis arguendum, quod ex se se-
men præstet generationem fetus, et actu sit Ani-
matum, sed potentia tantum, quatenus aptum
est, eas dispositiones induere, quæ sunt ne-
cessariæ ad formam nobiliorem suscipiendam;
Pluva disceptatur in Scholis, An scilicet semen
Mulieris sit Gliificum, quæ uideri possunt apud
Rinerium, qui affirmatiuam sustinet sentiam
et cum ad solum semen ad fetus generationem
concurrat, sed etiam sanguis menstruus mat-
tris, non autem efficiens; quid sit iste sanguis
menstruus euit explicandum.

Sanguis Menstruus est excrementum ultimi Alimen-
ti partium Carnosarum, quod certis temporibus, et
Gliodis moderata quantitate expurgatur, et
inseruit ad fetus generationem, et nutriticem
nulla tamen in hoc sanguine deest uis efficien-
di, sed tantum Matam suppeditat, ex qua partes
carnosæ componuntur, sicuti ex semine sperma-
tico, dicitur excrementum, sed ille secundum
substiam, cum in fetus partes, et earum nutri-
tionem conuertatur; producitur ob debilem sexus
calorem, qui totum sanguinem nequit absumere
ob eiusdem Mollitiem, et humidam texturam, quæ

solet copiam humorum conservare, unde fit ut iste sanguis quantitate luxurians carnibus iam expletis et quasi saturatis redundat, et per uteri venas excernat.

Tempus, quo sanguis iste excernitur duplex est; Universale scilicet et particulare; Universale tempus est a 14.o etatis anno, quo tempore calor incipit effulgere, et vasa ampliari, et durat usq: ad 45.um annum, et ultra, iuxta diversitatem temperamenti, et hoc sequitur ipsum imbecillitatem calorem, nam amplius tantam sanguinis copiam producentis; Tempus particulare durat spatium trium, vel quatuor dierum vel in novilunio, vel in plenilunio, cum motus iste quandoq: reperatur a lune commotione iuxta illud Carmen iam satis vulgatum, Luna vetus veteres, iuvenes nova luna rejuvgat.

Apud Auctores agitatur an sanguis menstruus sit pravia qualitate noxius; multis hinc inde rationibus allatis concludunt non ex se, sed per accidens malam qualitatem assumere, quatenus extra vasa detinetur, nam sanguis quando detinetur in pravio situ dicitur uti thesaurus, extravasatus vero venenum quasi nuncupatur, nam corruptio optimi pessima; videatur Laurentius quest: 8. in sua Analome.

De Conceptione.

Considerata pris principijs nostre generationis, nunc quomodo ex ipsis fiat conceptio

uenit discernendum, non tunc dicitur fieri conceptio, quando semina utriusq: sexus in uteri cauitate simul commiscentur, et commouentur, eorumq: uirtus formatrix in actum deducitur, non illa duo semina in utero exquisitè uniuntur, et commiscentur, et adeò ab ipso utero archissimè comprehendunt, ità ut totum uteri corpus constringatur, et corrugetur, et illius orificium intimum ità exquisitè claudatur, ut neq: spiritus aperet admittat, undè semina illa postea à calore uteri commouentur, et eorum calor, et spiritus suscitantur, ac diuina illa uirtus plastica in actum reducitur, undè membra partes incipiunt delineari.

Neq: sufficit ad medicum scire modum conceptionis, sed cum maximum prestet ad curandum pro scire quando conceptio sit facta, ideò signa eiusdem, quæ sunt septem potissimum meniunt enunciandæ.

1um est tenuis totius corporis horror statim à seminis susceptione, quia tunc temporis uterus contrahitur, et se se contrahendo illum horrorem parit.

2um seminis retentio, et pudenti mulierbris sicitas, non si post actum semen non cadat, tunc signum est mulierem concepisse; 3o uteri oscula exquisita occlusio, quia cum natura intendat conservationem assumpti seminis ad conceptionem statim occludit, et constringit.

4um est mensium suppressio, non illa sanguinis redundantia, quæ singulis mensibus ad uterum

deponebat, nunc ad augendas partes carnosas, et ad ipsum fetum sustinendum conservat.

5um Mammarum tumor, dolor et duritiem, cum ita provida natura ad fetus nutrimentum incipiat sanguinem ad partes superiores deponere ad efformandum lac.

6um est sanguidus Veneris appetitus, nam sine completo quodammodo natura ab actu venereo abhorret.

Ultimum est Cibi fastidium, Nausea, Vomitus, regurgitantibus aliquibus portionibus sanguinis menstrui, non totaliter per Menses consumptis, vel ex aliqua eua porvatione ab utero ad ventriculum transmissa, qua ipse Ventriculus irritatur, et molestatur.

De singularum partium delineatione, earumq: Situentibus.

Pa partium spermaticarum rudimenta 1a conceptionis die incipiunt apparere, Ut vulgata est illius hippocratis de muliere saltatrice, quæ post 1um diem a conceptione genitum rudem deposuit, et pelliculis inductum, non virtus efformatrix a calore uteri suscitata totum seminis Matam duabus tunicis contegit, quas ex ipso semine efformat, et ille tunice, 2a appellant vulgariter, sed vere chorion, et Amnios dicunt, quarum usum apud Anatomicos annotat; reliqua vero seminis Mata in partes spermaticas mutatur, illarumq: pa lineamenta incipiunt apparere die 1a. nam si genitura in aquam emissa post 1um diem conjiciatur, in

ea apparebunt tres bullæ, quæ sunt trium partium principium rudimenta, et infinita pene filamenta, quæ sunt veli: quarum partium spermaticarum stamina.

Quod tempus Conceptionis eiusdem conceptus. Multi asserunt, quod omnes partes spermaticæ in Mariis 30 diebus, in fœminis uero 40 efficiunt; et hoc non est congruum nam cum Mares sint natura calidiores, et sicciores, citius efformantur; fœminæ uero tardius ob debitum calorem, et ob maiorem humiditatem, quam indiget longo tempore, ut partes solidæ in consistentiam reducantur; uerum cum partes, aliæ sint spermaticæ, ut diximus, aliæ carnosæ, hæ diuersis temporibus producuntur; nerueæ enim 3.o Mense in mariis efficiuntur; in fœminis uero 4.o, et tunc moueri incipiunt, postquam omnes partes spermaticæ fuerint conformatæ: sanguis autem menstruus confluit in eas, et earum omnia spatia intermedia replet, unde uirtus formatrix producit partes carnosas, et cum fœtus incipiat moueri, indicat musculos, Cæquibus fit motus esse absolutos.

De Partu.

Partus est fœtus in utero perfecti, et absoluti, debito tempore facta exclusio, nam cum fœtus debitam conformationem et augmentationem acquisiuerit et calorem habeat maiorem, quia Aeris inspiratu indigeat, ut uentilet, liberiorem incipit locum quærere, et calcitrando membranas, quibus includitur disrumpit, et uterum distendit, unde natura inuitata ab onere molesto duplex sequitur motus, unus ipsius fœtus exire intem-

dentis, alter uero uteri fetus excludere conantis. Partus, alius est natalis, alius est prægnatalis; 1.us est cum infans in caput vnit, et Iovas incipit Iminere; reliqui partus sunt prægnatales.

Quod tempus exclusionis partus uarijs temporibus contingere potest. 1.o nimirum Mense. 9.o, 10.o, et 11.o, si excludat 8.o Mense, ut plurimum Mors contingit, quia cum 1.o Mense conatus edat fetus, ut exeat, si robustus sit Iovas egredit, si imbecillis diuius immorat, quare valde debilitatus diuis eget Mensibus ad uires restauranda; Astrologi tamen non sunt infelicitatem 8.i Mensis succedere ob prædominium saturni, qui malignos solet afferre influxus.

De Similitudine Natorum cum Parentibus.

Similitudo apud Medicos triplex est, specie, sexus, et individui; 1.a est cum homo homines, canis canes generant; Similitudo sexus est, cum fœmella Matri, et Mas Patri assimilatur, et hoc pendet á seminis masculini, uel fœminini maiori quantitate, uel etiam Iterum situs, nam si semen recipiat in dextera parte fit Mas, si in sinistra fœmina; Similitudo individui ut cum fetus secundum Corporis conformationem repræsentat aliquod aliud eiusdem speciei individuum, sic natus alius Matris,

alius patris, alius avi effigies repraesentat, et hoc ovis non solum a virtute formatrice semini insita, sed etiam ab imaginatione. et hac vis, seu praevalens similitudo extenditur usq: ad tertiam generationem. Quod autem Immaginatio plurimum facial ad similitudines inferendas patet, nam si femina dum concipit intensam habeat immaginationem ad alicuius effigiem similem pavit edel fetum, sic ~~ad~~ femina quaedam effigiem Ethiopis in cubiculo habebat, et fetum peperit nigro colore praeditum. Sic multae praegnantes dum aliquid avide expetunt illius effigiem fetui imprimunt, quia a summo illo desiderio conturbat immaginatio, et vel appetitae effigies spiritibus imprimit, quae postea lenebro fetui communicata facilime inuvit.

In Phisiologia satis.

Nunc ad Ideam Veneniemus.

De 2da Parte Medicinæ.

In qua agit de rebus naturalibus.

Absoluto tractatu rerum naturalium accedimus ad eas, in quo agit de rebus naturalibus, quæ sex sunt, nimirum Aer, cibus et potus, Inanitio et repletio, motus et quies, somnus et vigilia, et Animæ accidentia, dicunt autem naturales; quia sunt causæ mutantes, et corrumpentes naturam Corporis nostri, et dicunt etiam causæ, sine quibus uiuere possumus; non dulces quia non sint naturales et in rerum natura, et maximè faciant ad Corporis nostri conservationem, quin immò adeò necessariæ sunt, ut sine singularum usu, nè humana quidem uita sustinere queat; nam cum Genius sit tripticis substiæ nostræ ab innato calore dissipatio spiritualis ab aere, solida à cibo, humida à potu, necessariò instauratur. Somnus item necessarius est ad cibos bene concoquendos, ac exsolutos spiritus resarciendos; uigilia subindè requirit ad Functiones Animales edendas; Exercitatio etiam necessaria est ad naturam calorem suscitandum; altera requirit opus est ad membra labore fatigata leuanda, cum natura totum, quod assumit alimentum in nostram substiam conuertere non possit excrementa necessariò excernenda; animi Insuper passiones uitari nequeunt nisi obi boni, uel

mali, ita ut concludendum sit uera methodus tuendę sanitatis consistere in conuenienti singularum rerum qualitate, quantitate utendi, modo, et tempore, quae de singulis tractabimus.

De Aere Caput 2um.

Aer duobus modis corpora nostra afficit, uel quatenus est corpus extrinsecus ambiens, et pores cutis, ac spiracula se insinuat, uel quatenus in spiratione attrahitur, ita ut si Aer semper optimus eligendus est, et uitiosus euitandus. Qualis autem is debeat esse ad bonam uaetudinem tuendam certe pluribus erit insudandum, nam tot conditiones requiruntur, ut uix pateat locus, sub quo uiuens tuta degere possit, nihilominus ut is eligatur sub meliori conditione, dicendum erit Aerem illum esse bonum, qui nec crassus, nec densus, nec stagnum, aut flumen uicinum, nec nebulosus, sed tenuis, et serenus, nec calidior, nec frigidior nec siccior, nec humidior, sed temperatus, nec denique paludum cloacarum alitus, nec grauis cadauerum expiratione infectus, nec postremo aliarum rerum in geniorum, uel superiorum pulredine inquinatus, sed purus, nec qui editis utrinq: montibus in uallem cauoq: loco inclusus nullis flatibus uentis. Aliq: etiam requiruntur conditiones ad Aeris bonitatem, nam maris uicinitas, fodinę Metallicę, ac anni tempora, et montium situs uariare possunt Aeris salubritatem, eaq: deteriorem, et insalubrem efficere,

ita ut is dicendus sit situs Salubevimus, in quo constitutio Aeris est temperata, Ver temperatum; Estatis calor frugibus, et fructibus maturandis sufficiens; Autumnus frigidior, hiems frigida, corpora tamen nimia frigiditate non ledens, ibi enim adeo soli fecunditas homines decoro corporis habitu pulchri facie fere coloratos, moribus laudatis ingeniosi, et sanitate prospera gaudentes.

Quantum vero Aeris ducere expedias, hoc non est indiscriminatim agendum, quia quidem, quo Ubertius aeri libero fruuntur, eo melius se habent, sed imbecillis, et iam vecens a morbo convalescentibus ex incluso Aere in liberum aperum transitus est periculosus.

Quare sensim et paulatim liberiori Aeri assuescere oportet, et tutius Aeri libero se debet exponere serenis diebus, cum nec suavibus vaporibus, nimium excalefactus, nec pruinosis modum refrigeratus, nec ventorum impetu exagitatus fuerit.

De Cibo et Potu Capitulum.

Cibus est illa substantia Alimentalis, quae assumitur in corporis restauratione, hinc colligi potest, quod non omne, quod vescitur vere est Cibus, sed quod auget et nutrit: immo differt, quae datur inter Medicamentum, et Alimentum, ea est, quod Medicamentum est illud, quod alterat naturam, alimentum vero est illud, quod alteratur a natura; Ipsaque medicamentum superat Corpus, et eminet,

Alimentum uero nutrit et auget. Duplex tamen est Alimentum, unum Graece dictum, quod aptum est augere substantiam nostri corporis; Alterum uero medicamentosum, quod simul nutriendo corpus nostrum alterat.

In cibo et potu ea, de conditione considerandum, ni minum circa quantitatem, qualitatem, utendi modum, et tempus.

Sumuntur Alimenta educta uerum genere, uel a plantis a terra eductis, uel ab Animalibus, et quae ab Animalibus petuntur, uel sunt partes Animalium, uel sunt uelut fructus Animalium, ut oua, lac, et quae ex his fiunt, ut Butyrum, Caseus &

Differentia Ciborum magna est, Alij enim sunt boni succi facilis concoctionis, minimumque excrementum relinquentes; Alij uero mali succi sunt, difficile concoquuntur, excrementis abundant, faciteque corrumpuntur in uentriculo.

Cibus autem optimus is censeri debet, qui neque iuxta calidior, neque frigidior, neque humidior, neque siccior, sed temperatus, neque glutinosior neque tenuior, sed qui facile concoctionem admittat, optime nutriat, et bonum succum suppeditet, ut facile corrumpatur, praua qualitate inducat, et excrementa pauca relinquat. Cibus insalubris est ille, qui facile putrescit, et praua generat succum.

Dari etiam cibus firmus et infirmus, pu. qui multum suppeditat Alimentum, sed magno indiget calore, ut concoquatur, ut optime exempli:

ficat Cal: lib: de nitio et bonitate succorum loquendo de castaneis. Infirmus est ille qui quidem facile concoquit, et nutrit, sed pauum alimentum suppeditat, ut sunt Alimenta, quæ ex herbis dessumuntur.

Quod quantitate cibi, tantum cibi ingerendum, quantum dissipatæ Corporis substiæ resarciendæ sint satis, quo circo, qui calide abondant innato, ut pueri, qui etiam ut plurimum exercent, multo alimenti egent quantitate; qui uero pauum habent calidi innati, et otio fouent minimo; cibus quo moderatior, et simplicior extitit, eo naturæ erit familiarior, et si sobrietas salubrerrima, sic cibi copia, et uanitas uentriculo negotium faceset.

Modus Cibandi erit, scilicet si cibus antequam trans: glutiatur accurate dentibus masticetur, ut facilius concoquatur in uentriculo. In his assumendis seruetur ordo, nimirum liquidi solidis, teneis gra: uibus, lubricantes astringentibus præmittantur. Tempus assumendi cibum est hora consueta, p: iam confecto, et in alum demisso; præcres: sa exercitatione, et iam illiciente appetitu, ut natura, quæ statis temporibus suas obit functiones, illius concoctioni alacrius incom bat.

De Potu.

Potus est humida substia, quæ restaurat id, quod in die absumitur, et sitis natis

sedat, deffevendo omnes meates corporis humidus, ut in ventriculo cibus misceat, concoquat, et fundat.

Varia sunt genera potuum, aqua nimirum, vinum, cervevisia, mulsa, in quibus reponit etiam cocota: tea, coffé, the, et spiritus vini, et quidam liquores etiam ex pijnis et pomis desumpti, nec non cervasis. Qualis autem ex his sit melior ad bonam valetudinem tuendam vinum primum tenet locum, et ideo cum plurimum in usu ducat, eius qualitates et diffé veniunt explicandæ.

Quoad eius temperamentum vim habet calefacienti et exsiccanti, facile nutrit, et sanguinem auget; humidum etiam dici potest, licet habeat vim calefacienti et exsiccanti in diversis gradibus, nam aliud calefacit in 1°, aliud in 2°, et aliud in 3°, et hoc pręstat non solum secundum ętates, sed secundum sui naturam, nam aliud est vinum Eliogophorum, aliud est vinum vinosum; primum est illud, quod parum sustinet aquam. 2um quod multam.

Diffé vinorum desumuntur à sapore, ab odore, à colore, et substia. A sapore, alia enim sunt vina dulcia palato et visceribus gratissima, et optime nutriunt, tamen quia crassiora sunt obstructiones in Hepate, et bene facile faciunt, hypocondria inflant, et in bile commutantur. Vina alia sunt austera, et diutius in venis immorantur, nec facile pervenient ad renes;

pectoris affectibus sunt incommoda, ventriculo
nocent, unde optima illa censentur, quæ nec plu-
ne dulcia, nec plene austera sunt, quæ à vul-
go dicuntur abbocatae.

Ab odore cognoscitur vini effectio, nam si fra-
grans est spiritus luget, exilarat, faculta-
tes roborat, et senibus valde existit, nisi ta-
men caput repleat, et nervos gravat; quæ odo-
rem habent gravem noxia sunt. Vina alia
sunt nigra, alia sunt alba, alia rubra, alia
media, vina alba minus calefacient, precipue
verò si sint tenuis substantiæ, nam vina Malva-
tica, etiamsi alba multum calefaciunt. Vina
nigra sunt crassioris substantiæ, et sæpe dul-
cia, sanguinem gignunt crassum, licet nutri-
ant, obstructiones faciunt, et caput vapo-
ribus replent.

Vina media inter album et rufum minus calida sunt, et
consequenter minus caput gravant; Tenuitas in
vino reperitur in p.s, aquoso, mox fluvio; crassities
autem nigro, rubro, et dulci; tenuia facile
penetrant, aperiunt, sudores, et urinam movent,
licet pauciores sint Alimenti; econtra crassa
plurimum nutriunt, diutius intro immorantur,
calefaciunt, et exsiccant, et sæpe obstructi-
ones faciunt.

Varia diffe. etiam desumptæ ab ætate, alia enim
sunt vina nova, alia vetusta, alia me-
dia; vinum novum dicitur mustum, adhuc habet
dulcedinem, exuberantiosum est, fluctuationes

in uentre parit, nec facile Cmeat; Uetusta nimiũ feriunt nervos, caput tentant; quæ media sunt ęsta le salubriora sunt; quiá uerò nõ solũ commeenit ꝗ potu usurpat Vinũ, sed etiã loco potionis dõ bibet aqua, hinc et de ipsa sermo aenit intentandus.

Aqua frigida est et humida; unde illã censet optima, quæ tenuissima, limpidissima est, et carret hõ omni odore, lũ sapore. Adeuertendo tamen, quod cir: cã de tenuitate nõ solũ attendit pondus, sed etiã, quæ facile alteret.

Cerevisia est illa potionis species Aquitanarũ regionũ Ppria, et fit ex aqua, ordeo, et lupulo Zeneo confecto, neq: potus est ingratus, dummodo sit clarus, tenuis, nõ recens, nec nimiũ uetustus.

Modus bibendi is esse debet, ut Ppusior nõ sit in pasta, quiá cibi fluctuationẽ in uentriculo parit, neque pauior laudat, quiá nõ extinguit sitim. Si frequentius bibat impedit cibi concoctio, unde moderatior esse debet, et cibo corespondere; Omnis autẽ potio, siue uini, siue Aquæ, siue Cerevisiæ intensẽ frigidior debet euitari, precipue ab ijs, qui uisceva habent infecta, alit de estiuos ardores mitigandos concedit. De tempore potus in Mensa est quando fames edendi necessitatẽ ~~tab~~ arguit, sic a cibo sitis urget, et potus est necessarius ad defectũ supplendũ humiditatis, et ad diluendũ cibũ in uentriculo; Uerũ antẽ pastũ, et statim a pasta, nec nõ á balneo, et dũ sudor Ppunit abstinere oportet.

Dat etiam Cocolates, qui licet non sit potus, qui non inseruiat ad mensam, nihilominus etiam sub hoc genere cadit. Fuit inuentus à Gaspparo Bivano de usu Philippi 4.i Hispaniarum regis; Componitur autem ex sacharo, chachao, Cinamomo, et Vanillis moderatis; Hic enim restaurat uires, spiritus auget, facultates naturales roborat, et commodior est ijs, qui ventriculum habent debilem, nec non etiam senibus; dummodo tamen eius usus sit moderatus, unde ad prohibendum calorem, qui posset inducere, potio aquæ usq: ad Cyathum premitur.

Caffé est potio Orientalis Turcharum, non apud nobiles tantum potionis, qui uulgo dicuntur Sorbetti; hæc potio ualde familiaris est etiam nostris regionibus cum uirtutem habeat ventriculum roborandi; humidum superfluum absumendi, et humorum serosorum redundantiam tollendi; si post cenam assumatur Ghibel somnum, ut Maiorem de hoc habeatis notitiam legite Opuscum tractatum.

Thé uocatur etiam ambrosia Asiatica, et plures habet uirtutes in Medicina, similem utitur in Dauchezis, in fluxu Gratico, in ventriculi imbecillitate, et similibus, et si post cenam assumatur somnum Ghibel, hac differt, quod caffé inducit aliquam capitis imbecillitatem, quod non præstat Thé.

Spiritus uini licet nostris temporibus potius lædat, quam bonos inducat effectus, non est tamen sui, sed abusus, quia moderate sumptus plura præstat commoda, spiritus recreando, et cruditates tollendo.

De Somno et Vigilia.

Ad quid sit somnus et quid vigilia hactenus ex:
plicauimus, nunc est, ut de ijs aliqua ponamus
tanquam quid conseruans, uel destruens sanitatem
hoc est tanquam causa, salubres, uel insalubres;
quoniam ad corporis salubritatem inducendam
somnus moderatus et placidus esse debet; nam
tunc spiritus laboribus diurnis dissipati instau:
rant; calor dintra vocat ad concoctiones fe:
licis efficiendas, ad uiscera humectanda, et ad
corpus ualiduum reddendum. Iuuat etiam ad supp:
mendas immoderatas euacuationes, puta sudores.
Omnibus est utilis, sed precipue senibus. Insalu
bris est, qui turbulentis agitat in somnijs, qui
adeo tenuis est, ut statim suscitet, ac interrumpat.
Peior immodicus, siquidem excrementa opportune
non expellunt, crudi humores gignunt, capitis
grauitates mentis torpores, et sensus ebetiores,
Assidentia, seu concomitantia illa sunt, quae neque morbi essentiam, neque eidem necessario inherent, interdum enim a principio apparent, interdum postea, ideoque non morbi essentiam indicant, sed eius conditionem. Supervenientia tandem illa sunt, quae neque morbi essentiam, ut Pathognomonica, neque conditionem, ut Assidentia significant, sed eius mutationem; Signa autem supervenientia, alia significant concoctionem, et cruditatem, Alia salutem, et Mortem, Alia longitudinem et Brevitatem.

De Fontibus Signorum.

Ex tribus ovivi fontibus signa optime concoctionis docet Galenus, nimirum ab his, quae sunt de natura, et essentia rei, et quae essentialiter inherent, ut sunt temperies partium similarium, et compositis dissimilarium; 2º ab operationibus; 3º ab his, quae

necessario consequuntur, et propria accidentia nuncupantur.

Temperies nihil aliud est, quam convenientes quidam quatuor qualitatum simplicium resultans ex ordinata omnium elementorum mixtione, ut vidimus in vegetatu de temperamentis.

Pars similaris est illa, quae dividit in particulas, quae inter se toti sunt similes; Pars dissimilaris est, quae componitur ex diversis partibus similaribus, quarum partium compositio nil aliud est, quam dispositio resultans ex magnitudine, numero, figura et situ.

Operationes, quas modo nominat Gal: sunt naturales, vitales, et Animales, ut diximus; Hic tantum scire licet operationes alias exercere partes similares, alias vero partes dissimilares; Similarium operationes sunt, quae a similaribus efficiuntur, ut sunt concoctio, retentio, et expulsio cum attractione. Dissimilarium operationes sunt, quae fiunt a dissimilaribus, vel si fiant a similaribus; ea est tamen dissimilaribus ut efficiant, ut motus corporis, qui fit a parte similari, idest a musculis, tamen eget partibus instrumentalibus ut efficiat.

Accidentia aequibus indicia optimae constitutionis peti possunt sunt effectus necessario sequentes seu accidentia; Isti autem effectus in duplici sunt differentia, nam alii sequuntur temperiem partium similarium, alii compositionem dissimilarium. ab his tamen depromptis signis quandoque decipiunt, licet raro; Zolipiriensis notavit, quod signa substantiae inherentis sint durabilia, quae ab operationibus dependent a praeventis vitabilis.

Notandum, quod mediocritas omnium operationum est effectio;

sicuti mediocritas in Mollitie et duritie signat optimam temperantiam; nimia enim durities provenit á sicco, sicuti mollities á nimio humido dominante; bonus itidem color est ex albo et rubro decens Genitiis, quia niger indicat ~~[illegible]~~ Albus, pravus indicat frigiditatem; Rubeus intensus dominium calidi; Ita pilositas multa significat excessum caloris, et eorum privatio diminutionem. Ab his quoq: Gentiis non solum cognoscunt Corpora salubria simpliciter, sed etiam alia ut multum et ut nunc. ~

Paraphrasis Omnium signorum.

Duo sunt Generia signorum, unum genus eorum est, quod á substitis inherentibus sumitur, alterum á necessariis consequentibus. 1.um genus tres habet species, á temperie, á Compositione et ab unitate. 2.um Genus 4.or habet species, ab operationibus 1.o á casibus seu accidentibus, ab eo quod Corpus facile vel difficile resistat causis morbificis; ultima á iuvantibus, et nocentibus. ~

Quot sint Tandem Vitia

Signorum Ad tempus,

Videbimus cum de

Crisi, et Duo nunc

Ad Teorica sat's sit Ad laudem Omnipotentis Dei, et B. V. sine labe concepte. ~

PRINCIPIVM PRACTICE ET P.° DE CRISIBVS.

Quid sit signum criticum et quid crisis.

Signum criticum est illud, quod crisim signat, hoc autem Hex statuit Diagnosticum, sive demonstrativum vel copiosa cruentis solutio, sanguis hemorrhagia et naves, et alie similes euacuationes, que quando aduenium aliquas faciunt in morbo mutationes.

Prognosticum est vel magnus sudor capitis, rubor faciei, splendores ante oculos, que significant futuras naviu hemorrhagias.

Commemorativum autem est signum crisis vel melior dispositio egrotantis post factam crisim.

Crisis definitur, quod sit subita morbi mutatio,

uel ad uitam, uel ad mortem, uel in melius, uel in peius.

Diuidit tamen Crisis in duas partes; Crisis alia est bona, alia est mala, siue alia perfecta, alia imperfecta; Crisis bona est, quæ ad uitam fit; Crisis uero mala est, quæ fit ad mortem. Crisis perfecta est, qua integrè morbus soluitur; Imperfecta uero quando non integrè resoluitur.

Sciendum autem, quod Crisis uel fit per fluxionem uel fit per abscessum. In Morbis breuioribus fit per fluxionem, hoc est, uel per alui, uel per uomitum, uel per urinam, uel per sudorem, uel per Hæmorragiam uel hæmoroidas, uel per menses in Mulieribus. Quandoq; etiam per Insensibilem transpirationem cutis; In Morbis uero longis et diuturnis, qui sunt per depositionem materiæ, quod ubi fit materia ibi tumore facit cum suppurationes aduenierit, sed etiam nomine abscessus intelligamus etiam mutationes factæ de morbo in morbum, ut quando febris continua, uel acuta degeneret in tertianam uel quartanam intermittentem. Vocantur etiam abscessus, qui fiunt in morbis acutis deposita materia ad glandulas post aures, parotides constituendo, qui abscessus etiam in morbis acutis fiunt.

Plura autem sunt signa, quæ ipsa sunt indicare futuram Crisim, 1.º scilicet quod hæc fiat cum signis apparentibus concoctionis in urina; 2.º quod sit indicata in die indicatorio; 3.º quod fiat in die indicatorio, Critico, siue iudiciali; 4.º quod sit cum conferentia et tolerantia.

Indicatorij dies sunt omnes 4.ae, ita ut in 1.o 1.o 86.
servetur 4.a dies; in 2.o 11.o; in 3.o 17.o; in 4.o 24.o.
Judicatorij sunt omnes septes, scilicet in 1.o 1.a dies
1.a; in 2.o 14.a, in 3.o 20.a, in 4.o 27.a.
Alij uero sunt dies intercidentes, qui impares sunt,
et in quibus licet Crisis non appareat, potest tamen dari
Juocatio materiae ad Crisim; et hi sunt, qui inter
principes et Indices incidunt, Crisesq; imperfectae fiunt;
sunt q: 3.us, 5.us, 9.us, 13.us, et 19.us.
Alij uocantur dies uacui, siue medicinales, et sunt omnes
dies pares, ut 2.a, 6.a, 8.a, 10.a, 12.a, 16.a
et 18.a, et sic usq: ad finem Mensis lunaris, siue
medicinalis Gal:, et in his diebus solent Medici deli-
berare euacuationes, siue Venae sectiones siue
medicamenta euacuantia, cum in ipsis materiae
motus non experiantur.
Signa concoctionis desumuntur ab urinis respectu
substiae, colores, et contentorum, quae examinabi-
mus in Cap: de Urina ut Signum.
Consequentia et Praeuantia nihil aliud important, nisi
quod per consequentia debemus attendere a Crisi pre-
cedenti resolutionem uel diminutionem morbi;
A Praeuantia debemus examinare post Crisim
constantiam uel debilitatem uirtutis. Hec autem
quandoq: sola potest dari sine consequentia;
Virtus uero cum sit uatida uel debilis apparet
a priori.
Ad Crisim uero tria potissimum requiruntur, Mo-
tus scilicet astrorum, qui comprehendunt Sextiles,
Trigonos, Tetragonos, et Quadratos, qui omnes

constituunt & certos gradus, et quilibet gradus 30
punctis dimitur. Et de his omnibus plenè ab
Astronomis habetur cognitio; de his Hoquius Sener:
tus in Hypnovismis.

2um quod requirit est dispositio materiæ peccantis
nam si fuerit materia peccans calida et tenuis in
vernali aut æstivo tempore facilius dimovebitur Cri:
sis; Si verò materia fuerit frigida et crassa in
tempore Autumnali, aut hiemali, tunc Crisis erit
difficilior et longior, et quod expectabitur magis erit
ad Centrum, quam ad Circumferentiam; superv. dum po:
tius et urina, qui potius expectant in superiori cor:
poris dispositione, nimirum motus illi, qui fiunt ad
superficiem.

3o etiam requirit natura patientis, nam in temperamento
calido et sicco facilius quam in frigido et hu:
mido, Ipsius in biliosis, minus in pituitosis et
melancholicis.

Crisis quoq: non expectatur in quocunq: morbo, sed tan:
tum in iis, qui ad quadragesimum diem perveniunt.
Ultra verò 40um diem licet potius abscessum, quam
Crisim expectare; tamen quandoq: etiam extra 40um
diem, sed raro contingit, quod fiat Crisis quando Calor
validus est, et paulatim attenuat, quod Crassum et
lentum est, et efficit ut Crisis & effluxione succe:
dat.

Computatio autem dierum Criticorum non fit quocunq:
mense, sed in Mense tantum Medicinali; ipsius
Cal:, non quatuor sunt Menses, qui à Medicis nu:
merantur, Unus scilicet, qui vocatur Mensis

peragrationis, sicq: quando luna discedit ab uno puncto, atq: ~~[illegible]~~ totam Zodiaci circulationem ad idem punctum venit, quod fit 21 dierum spatio, et horarum 8.

2.um Mensis uocat coniunctionis, et incipit quando luna coniungit cum Sole, et terminat usq: ad alteram coniunctionem, et ad hanc compendam transeunt dies 29, h. 13

3.um Mensis dicit Illuminationis, et incipit quando luna p.o apparet, nam per quatuor dies occultat, et constat diebus 26, horarum 12. Verum cum in ijs mensibus, scilicet peragrationis, Illuminationis, et Coniunctionis non appareat ratio, quare 14.a et non 13.a sit dies critica, nec quare dies 20.a et non 21.a critica habeat. Ideo Gal: Mensem alterum excogitauit, scilicet ex mense Peragrationis et Illuminationis simul iunctum desumpsit medietatem horum dierum, qui sunt 26 et horę 22, qui postea dies ubi diuidunt in 4.or Septimanas, hunc cognoscit cur 1.a et non 8.a sit dies critica, et sic quare 14.a et non 13.a, et quare 20.a et non 21.a.

Et uero prosequamur quę ad crisim faciunt declarationem, et ad eius dem causam immediatam sciendum est, quod hęc est, et nihil aliud, quam uehementior spirituum animalium irritatione in fibras dicentium partis influxus, quo pars illa secum stringendo morbi causam expellit, aut calor noster, seu motus sanguinis, quo morbi causa in illo consistens a certas partes detrudit. Et quod si hęc uel illa materia morbifica tanquam putrusa, talis sit, et illa e corpore penitus

expellat, ita Crisis est effecta; si vero sitat
tantum detrudat Materia morbi ad aliquas alias
partes, eique sopita quasi, aut nevo sopita evanescat,
ita Crisis imperfecta fit, et sepe recidivas patitur, aut
mala alias.

Recentiores parum de doctrina Crisis curant, quia
quoque tempore precipitationes materie intendunt
neglecta Criticorum diurna potestate, dicentes, quod
ipsi laudem criticis tribuunt, quantum dimi-
tes et Avari annis climatericis, et gravidae an-
nis bissestilibus asserentes id; sed contra experi-
entiam quotidianam, et tot seculorum frustra est contendere.

FINIS.

Liber i.us Practice;

Et p.o Tractatus

De Febribus.

De Febribus.

Completis tractationibus attinentibus ad Theoricas institutiones, nunc est, ut sermones de ijs habeamus, quæ ad praxim dirigunt. Et cum cæteris præstantior, et utilior ea sit, in qua agitur de febribus; ideo prius examinanda venit; præsertim cum febres crebrius contingant, et sæpe cum æqrotantibus initio; Insuper ut cognoscamus ne fiant, et ubi factæ sint exactius caveant; in earum cognitione immoravi prius est necesse insequentes doctrinas ab Avicenna prescriptas in Ten 1.o lib: 4.o quæ inscribitur de ægritudinibus particularibus, quæ cum accidunt non appropriant uni membro, et communibus febres dicunt; de ijs autem sic ab unquam prescripsit Avicenna, ut circa ipsas nihil possit utilius excogitari, non ea omnia quæ diffuso sermone tractavit Galenus tum in lib: 2.do de differentijs febrium, quam in lib: de Arte curat: ad Glauconem, atq; in libris de Medendi metodo ab 6.o usq; ad 12.um, omnia hic miro ordine complexus est Avicenna.

Quod ut melius intelligatis huius 1.ae Ten lib: 4.i inscriptionem annotandum prius est; quod quatuor 1.ae sunt morborum differentiæ, de quibus medici passim loquuntur; Alij enim sunt morbi universales, alij particulares, aut alij communes, et tanquam alij proprij; Per morbos universales medici intelligunt 1.ae illas morborum generaæ, quæ sunt illas tria inspeciem, nimirum, mala compositio, et soluta unitas,

ut docuit Galenus lib: 1º de differentijs Morborum, et in arte Medicinali textu 88º.

Morbi uero particulares sunt species illæ morborum quæ continent sub illis tribus 1is generibus, neq: ea, quæ continent, ut individua considerant, quia Individua non pertinent ad Scientias, et artes, quæ solum Universalium sunt, dicunt uero morbi particulares in specie respectu suorum generum, ut docuit Aristot.

Morbi communes in duplici constituunt differentia uel saltem apti sint infestare omnes Corporis partes; Morbi, qui infestant actu omnes Corporis partes, sunt febres, et ob hanc rationem illi dicunt morbi communes, morbi autem communes, qui licet actu non infestent omnes Corporis partes, apti tamen sunt illas infestare, sunt tumores præter naturam, uelut inflammatio, et Erisipelle; Inflammatio enim potest tam hanc, quam illam partem infestare; idem dicendum de Solutione Continui; Hæc enim apta est infestare omnes Corporis partes, quia solui potest Continuum tam in una, quam in altera parte Corporis.

Morbi tandem Simplices illi dicunt, qui ita infestant unam partem, ut alia infestare non possint, ut Apoplexia infestat Cerebrum estque ~~quæ~~ morbus illius, et non aliarum partium; Pleuritis est morbus illius Membranæ, quæ cingit Corpus, et non alterius.

Ex his modo ~~in~~colligit declaratio Inscriptionis Gen. 1ª lib: 4º Auicennæ, in qua dicit se uelle loqui de morbis particularibus, qui cum accidentibus appropriant uni Membro, quasi innuat se loqui uelle de Spe-

teb Morbovs, qui communes sunt, & uerò Ipsi; inq
hay autem speties est febris, ideò Iuve dé hac loquit;
immò prius dé febre loqui uoluit, quiá ut iá dixi:
mus, febris est Morbus, qui frequentius contingit.
Diuidit autem hæc i.a Fen lib: 4.i in duas partes
quarum i.a agit dé febre in genere; in 2.a uerò dé
febrib in specie, omnesq: eius doctrina complexus
est imperfecte.

Quæ pertinent á febres in genere quatuor sunt,
i.o quid sit febrium Natura, et essentia, quot et
quæ sint species earum; 2.o quæna corpora sint
magis obnoxia febrib, et quæ minus; 3.o quot
et quæ sint partes ipsarum febrium, quæ á Medi:
cis communib dicunt tempora febrium; 4.o uerò et
ultimò quib signis cognoscant hæc tempora fe:
brium, quæ ab ipso Auicenna Horas uocant; et
hæc sunt illa quatuor Universalia, dé quib in i.a
parte loquit Auicenna.

In 2da autem loquit dé quatuor Mavib pertinentib á fe:
bre ~~[illegible]~~, nimirum dé febrib ephimeris; 2.o dé
lethicis; 3.o dé putridis; ultimò dé febrib pesti:
lentialib.

Quo igit ad i.am partem, et quo inquam pertinet á
i.am Universalia est cognoscere essentiam ipsius
febris, quiá nunquam dari potest, quod intelligere
curet, nisi eius Natura á medicis prècognoscat.
Ipsterea intendens Auicenna ~~[illegible]~~ definire fe:
bris tradere; et cum hæc á Philosopho habeat
genus et differentia; Hinc ponit eiusdem genus
ac ei transaddit diffa ipsa febris essentiam

declarantes; Genus autem febris dicit esse Calorem extraneum.

Galenus ponendo genus ipsius febris uarius est, et ab Auicenna dissentire uidet; nam in 1° lib: de diffis febrium cap: 2do dicit, quod febris est Calor preter: natis; in lib: autem 1° aphor: coment: ibi inquit quod febris est Calor natis in igneum mutatus in lib: de natis facultatib cap: 4°, et in 1° acutorum 28 ait, quod febris est Calor plurimum auctus, et ad summum elatus, ex quib omnib colligit Galenum uarium fuisse ab ipso Auicenna in tradendo Genere ipsius febris.

Auerroes et ipse uidet dissentire ab Auicenna, et Galeno, nam in 3° Colliget cap: 2do scribebat, quod febris est calor mixtus ex calore nati, et preter naturam.

Dicendum tamen, quod licet Gallenus uarius uideat, ita tamen non est, si diligenti sensum eiusdem consideremus, sed etiam idem considerandum, si Auerro: et inkme discutemur, nam omnes istæ circumscriptiones dictæ attinentes à generis dispositionem, licet uerbis differant; idem tamen significant, cum Sinonima uere dici possint; nam si Auicenna inquit, quod febris sit Calor extraneus; Hic autem est Calor, qui non reperitur in corpore natis disposito, et ideo iure dicit calor preternaturam; Calor preternaturam est calor excedens statum Calorem natis, qui auctus dicit super statum nate, atq: hic est Calor mutatus in igneam naturam, quia Calor igneus est Calor excedens, atq: uehemens; Calor excedens statum calo:

vis natis est calor mixtus ex gradib. calovis natis, et ex gradib. excedentib. calore nato, ut uolunt Auer-roes; Quare concludendum, quod idem sit dicere febrem esse calorem extraneum, siue calorem preternaturalem in ignem mutatum, uel calorem auctum superstatum natum, uel tandem esse calorem mixtum ex nati, et preter naturam.

Cum ergo dicimus febrem esse calorem natum in ignem mutatum p hoc genus sepparamus febrem a calore nati; Verum, quod 1.o uenit adnotandum circa hoc genus sciendum est, quod calor natis; dato dicit, ut docuit Galenus 1.o aphoris: Coment.o 1.i; 1.o in quam significat Materiam, in qua ipse succendit, et immorat, que conflata est ex principijs generationis, ex semine in quam et sanguine; 2.o dicit qualitates afficientes ipsam substantiam; quod cum ita sit querit, an in ipsa febre mutet tantum calor et ipsa qualitas; an uero ipsa substantia simul; quia si tantum ut qualitas mutat calor, unica tantum erit indicatio a febre, que scilicet est corrigendi ipsum calorem; si uero etiam substantia, altera erit indicatio nimirum corrigendi substantiam.

Respondendum, quod Reuera in febre non mutat substantia, sed tantum calor ut qualitas, et ratio est, quia a febre erit tantum indicatio refrigerandi, et non corrigendi substantiam, et hoc habemus ex Galeno lib: 9.o Metod. Cap: 1.o; Hec autem refrigeratio non potest complevi frigidis tantum, sed humidis iniunctis simul.

2.o adnotandum uenit, quod cum febris sit calor

natis in igneus mutatur; calor autem natis multiplex; ideo nouo subouit dubitatio, quisnam sit iste calor natis, qui mutatur in igneus ad febris constitutionem; Quod autem calor natis sit multiplex, comprobatur ex Galeni Auctoritate 1° aphoris: Coment° 14°, ubi scribebat duplicem esse calorem natem, innatum scilicet, et acquisitum; utrumq: calor ex his duplex est, nam alius est calor innatus implantatus, alius uero influens, ita calor acquisitus, alius est implantatus, alius uero influens.

Calor innatus implantatus ille est, qui a principio generationis, inest singulis membris, et aliunde non influit; Calor uero innatus influens est, qui inest a principio generationis, et a corde influit in singulas corporis partes, et conseruat calorem implantatum in singulis partibus.

Calor autem acquisitus natis est ipse met calor innatus, se etate crescente acrior reddit; Hic autem calor natis acquisitus potest dupliciter considerari, uel qut inest membris, uel qut influit a corde; si 1° modo considerer, dicit implantatus acquisitus, si 2° modo, dicit influens acquisitus; Hinc ubi quis querat quinam sit ille calor, qui in febre mutatur in igneus; Respondendum, quod isti calores enonciati non sunt specie diuersi, quia si essent specie diuersi, sequeretur, quod in corpore nostro darentur calores diuersę speciei, quod falsum est, quia omnis natis calor est ex elementis et ut docuerunt Galenus in lib: de formatione fetus et Auerroes 2° de Anima, textu 4°; est igitur

idem Calor, qui alio modo consideratur diversa sortitur nomina; si enim consideretur Calor ut Memoris inest a principio generationis, et aliunde non influit, dicitur innatus Implantatus; si uero consideretur, ut inest a principio Generationis, et influit a corde, ita dicitur Calor innatus influens; Si uero consideretur, ut etate progrediente aucto est redditus, sic dicitur natis acquisitus, et talis Calor, ut inest Memoris, et aliunde non influit, dicitur implantatus, ut uero influit a corde dicitur influens; Hic igitur Calor uario modo considerator sortitur diversa nomina, ac ille est, qui in febre mutatur in igneam Naturam.

3.o Notandum, et discutendum uenit, an hic Calor febrilis sit diuersus a Calore nati.

Ex una parte sunt, qui asserunt hunc esse diuersum a nati, quia operationes diuersae sunt, nam Calor natis concoquit, febrilis uero corrumpit, ex Galeno 2.do de Crisibus cap: 13.o; Dat insuper Galeni Auctoritas lib: 4.o aphorismorum Coment.o 24.o; ubi scribit, quod in febricitantibus aliquando Calor natis extinctioni proximus est; febrilis autem Calor augetur, ergo diuersi sunt.

Res tamen alitr se habet, quia non sunt diuersi calores, et hoc manifeste apparet, ex eo, quod diximus cum Galeno, quod Calor febrilis sit Calor natis accensus et mutatus in ignem; ut autem magis manifeste ueritas huius difficultatis appareat, dicendum, quod Calorem natem dupliciter possumus intelligere; 1.o scilicet Calorem natem ut sic; 2.o Calorem natem accensum, et mutatum in ignem; si 1.o dicendum est

calore febrile esse diuersum á calore nati; quiá sic earum operationes sunt diuersæ, quiá sicut Calor febrilis corrumpit, itá natis auctus, et mutatus in ignem corrumpit; tamen licet dixerimus absolutè Calorem natis esse diuersum á febrili, non tamen dicendum in febricitante duos exorsi Calores; sed unum esse tantum mixtum ex calore nati et præter naturam, uel possumus affirmare unicum tantum esse calorem mixtum ex gradibus Caloris natis et ex gradibus superadditis, qui calorem natis intensiorem reddunt, ut docuit Galenus 4º aphorio: 24; immó etiam si Calor febrilis mixtus sit ex gradibus Caloris natis, et superadditis; non dicit febrilis rone gradum natis caloris, sed rone gradum superadditorum, quod Apteréa sic debet intelligi Galenus, quod in febricitante aliqui gradus caloris natis qué sunt extinctoni, gradus ante superadditi nequaquam, sed intensissimi sunt.

4º Notandum, quod cum febris ex Galeno sit Calor natis mutatus in ignem, dubitat an in febricitante calor natis sit omninó mutatus, an aliquo modo tantum; Resoluendum, quod calor natis non omninó mutat, quiá non mutat ut diximus secundum substiam, nam si mutaret secundum substiam non tantum sumeret indicatio remittendi Calorem sed etiam corrigendi substiam, quod est falsum; Mutat igit tantum calor natis secundum qualitatem, diuersum nec omninó secundum ipsam, sed tantum aliquo modo, quiá in febricitante remanent gradus Caloris natis, et alij superadunt, qui calo-

ve natte intensiove veddunt; unde si vema:
nent gradus Calovis nattis, igitur omnino mu:
tatur, et evidentia ipsa patet, quod Gradus Calo:
vis nattis vemaneant, quia in febvicitante fiunt
operationes Calovis nattis licet non ita effecte, ut
in Corpore sano, nos veneva in febvicitante dat
Concoctio, atractio, retentio, et expulsio, que sunt
operationes Calovis nattis.

Constitudo geneve febvis, eog: declavato tves dyo:
nit Auicenna diffas, que genevi adnectunt, ex
quibus duo vesultant; unus scilicet est, quomodo
febvis fiat et generet, aliud nevo, quodnas sit
subtus ipsius febvis.

Pa diffa consistit in nevbis accensus in corde, que
quidem duas constat conditionibus, una, que est
accensus, alia nevo, que est accensus in corde.
ex quibus colligit, quod ad hoc, ut sit febvis, ne:
cesse est, quod Calor sit accensus, et sit in corde
accensus.

Pa Conditio ut intelligatur notandus, quod aliud est
dicere calorem accendi, aliud nevo esse accen:
sus, quia accendi dicit ve in fieri; accensus
nevo dicit ve in facto esse; Innuit igitur Auicenna
quod ad hoc ut sit febvis, debet esse
in facto esse, et non in fieri, et ob hanc causa
dixit accensus, debet autem habere esse in
facto Calor in corde, quia ut sit febvis
oportet, quod Calor a corde communicetur
toti Corpori, et ita impvamatur, ut habeat
esse in facto in ipso Corpore; non potevit

aut communicari Calor à Corde toti Corpori, et habere esse in facto, toti Corpori, nisi habuerit in esse facto in ipso Corde.

Altera conditio est accensus in Corde, quod ideo dixit, quia non potest fieri febris, nisi Cor patiatur, et Calor in facto habuerit; hoc desumpsit Avicenna ex Galeno 1.º de diff.is febrium cap. 1.º et 2.º, 2.º lib. de Articulis, coment.º 22, ~~[illegible]~~ et 23, et lib. 4.º de Morbis vulgarium coment.º 35, ubi ait, quod quamvis fervuerit pars Corporis, non erit febris, nisi Cor incaluerit; et Ri.º, est, quia Calor, ut diximus debet communicari toti Corpori, et ita imprimi, ut habeat esse in facto; et hoc fieri non potest, nisi à Corde, quia Cor est Membrum influens in totum Corpus; addimus alias rationes hoc idem comprobantes, quæ talis est, nimirum, quod febris est Calor naturis in ignem mutatus, sed fons Caloris naturis est Cor, ergo non poterit dari febris, nisi Calor fervet in Corde accensus.

Verum hoc unum Annotandum, quod Cor tribus constat Substijs, solidis, nimirum, humoribus et spiritibus, unde quæritur, an debeat hæc accensio dari in omnibus his Substijs Calore accenso in Corde.

Respondendum, quod licet à Constitutione febris necesse sit, quod Calor sit accensus in Corde, non tamen debet dari hæc accensio in omnibus febribus in his tribus Substijs, nam in febre lenta Calor est accensus in Substantia solida ipsius Cordis, non tamen in humoribus et spiritibus; in febre putrida in humoribus tantum, non verò in solidis, et spiritibus; In ephimera verò in

spiritib, et n in solidis, nec in humoribus; Quare Sententia Auicenne, quod Calor sit accensus in Corde; sic interpretanda, nimirum, quod ad hoc ut sit febris necesse sit, quod Calor sit accensus in aliquo horum trium Constituentium Corp.

2.da diff.a est in Uenis a Corde communicatus universo Corpori p Uenas et Arterias mediante spiritu et sanguine; Hec diff.a tribus comprehendit conditionibus; 1.a est, quod a Corde Calor communicetur toti Corpori; 2.da, quod communicetur p Uenas, et Arterias; 3.a Mediante spiritu, et sanguine debet Calor febrilis toti Corpori Communicari, quia febris est Morbus totius Corporis, ut docuit Galenus 1.o de diff.is Morborum cap. 4.o, ubi scribebat, quod cum Calor accensus in Corde toti Corpori Communicatus est, tunc dicat febris; ergo febris erit Morbus totius Corporis, et ob hanc causam reposuit Auicenna febres inter Morbos Communes.

Altera conditio est, quod communicetur p Uenas, et Arterias, que quidem uidetur poti difficultate, non quod communicetur p Arterias, clarum uidetur, cum Arterie oriantur a Corde, et deferant p totum Corpus, n tamen eqdem patet, quomodo communicetur p Uenas Calor, cum Uene n a Corde, sed ab Epate oriantur, quo stante, quomodo potuerit Calor communicari p Uenas.

Resoluendum, quod etiam si Uene oriantur ab Epate, ut notorium est; Calor tamen accensus in Corde potest p Uenas toti Corpori communicari; Hoc q. duplici modo, non licet uene n sortiantur a Corde, Uena tamen Magna, que cum dicto corde ipsi connectitur, et sic facile potest Calor accensus in Corde p uenas

communicari; 2do. ratio est, quia uenę et Arterię simul coniunguntur, ut habemus ex Galeno 2do. de usu partium cap: 10o.; unde facile dari potest, ut Calor accensus in corde, qui influit per Arterias, in pervias eas ipsis uenis, et per uenas postea communicetur toti Corpori.

3a. Conditio habetur in uenis mediante spiritu, et Sanguine in Arteriis, utq: spiritus continent, et sanguis spirituosus et Arterialis; In uenis uero continetur Sanguis atq: in Sanguine simul continetur Spiritus ille, qui dicitur natiis. Tulit autem Auicenna hanc conditionem, quia Calor Cordis per Arterias et uenas potest toti Corpori communicari. Duplicitur autem potest calor toti Corpori Communicari; 1o. uel a parte post parte, ita ut 1o. incalescat una pars, illa calefacta, altera, donec totum Corpus incalescat; 2do. modo mediante spiritu, et Sanguine, quia cum Calor accensus est in corde, attrahit sanguinem, et spiritus, et quia spiritus et Sanguis fluunt continuo, et refluunt per Arterias, deferunt calorem illum in ipso Corde introductum, uel existentem; 1o. modo non potest Calor febrilis toti Corpori Communicari; hoc est a parte post parte, quia Calor febrilis cito, immo citissime communicatur toti Corpori; uerum a parte post parte non potest cito communicari, sed per temporis intuallum: Ideo iure dixit Auicenna febre communicari mediante spiritu, et Sanguine.

3a. et ultima diffa. habetur in uenis, et inflammatio inflammatione, quę nocet opperibus naturis; a hoc autem reponit hęc particula, quia ut detur febris, oportet ut calor ita sit toti Corpori communicatus, ut fiat operatio:

tiones naturales; alia vero esset febris, quod quidem declarat exemplo Avicennae, inquit enim, ab ira, et labore calor inducit in totum corpus, et tamen calor ille non dicit febris, cum operationibus naturalibus non noceat, quod si contingat tale calorem toti corpori inferre noxam, tunc vere dicetur febris, quod Ipse vero Avicennas loquens de febribus Ephimeris, inter has reposuit ephimeras ab ira, et labore.

Verum explicandum modo venit, quid Intelligat Avicennas per operationes naturales, quas dixit fieri in febricitante; Quod ut declaretur, sciendum venit, quod operationes sunt in duplici differentia; alia enim sunt operationes partium, alia vero totius corporis; i.e. sunt, vel animales, vel vitales, vel naturales; Animales, ut sentire et moveri; vitales, ut pulsare, quod Ipsum est Arteriarum, et simul etiam respirare; naturales tandem, ut concoquere, dicuntur hae omnes operationes partium, quia in ipsis partibus fiunt; operationes autem totius nihil aliud sunt, quam exercitia consueta, quibus corpora sunt deditae, ut habemus ex Galeno lib: artis Medicinalis, ut quatenus exemplum est hoc exercitium legendi, cui ego Deditus sum, vestrum autem audiendi et scribendi; Haec autem consueta exercitia, Galenus appellat vitae institutae; dicuntur autem hae operationes totius, quia totum corpus respiciunt; cum igitur istae operationes duplices sint, ut innuimus, dubitatur modo, de quibus hic loquatur Avicennas.

Resoluendum, quod Avicenna hic non loquitur de operationibus partium, quia de ijs tantum loquitur,

que dicunt naturales, et operationes partium non tantum dicunt naturales, quia dant et Animales, et Vitales, quae non continent in ipsis; et Avicenna tantum de naturali loquitur, ergo sequitur, quod Avicenna intelligat tantum de operationibus totius Corporis quae nihil aliud sunt, quam consuetae exercitia quibus Corpora sunt deditae; tales enim operationes dicunt naturales, quia haec sunt consuetae exercitia, consuetudo autem est altera natura; ita ut febris nocere, operationibus naturalibus sit impedire homines a consuetis exercitijs; et Resp.o huius est, quia febris est morbus, morbus autem laedit operationes, ut dixit Galenus lib. de diff.is Morborum i.o, sicut ergo morbus partium laedit operationes partium, ita morbus totius laedit operationes totius, et febris est Morbus totius Corporis, ergo debet laedere operationes eiusdem.

Ex quibus omnibus enunciatis neve colligi potest, sensus definitionis ipsius febris, quae sic habet Avicenna, Nimirum, quod febris sit Calor naturalis mutatus in ignem in corde, ab hoc communicatus toti Corpori per venas et arterias mediante spiritu et sanguine, et inflammat in eo inflammatione, quae nocet operationibus naturalibus ipsius Corporis, non sicut Caliditas ira et laboris, dum non ultimat.

Definitio haec effecta est, quia constat genere, et differentia, explicat essentiam ipsius febris, et hanc separat a quocumq; alio calore, et

omnes difficultates tollit, quæ circa febres contingere possunt. Quod constet genere, et differentias patet, quod vero explicet essentiam, et naturam febris, ipsaque separet a quocumque alio calore dubium est; Quod vero denique tollat omnes difficultates, quæ circa ipsam contingunt, hoc ex subsequentibus patebit.

1a Difficultas est, quomodo febris generetur: cui respondet cum ipsa definitione, in qua diximus, quod calor naturis adveniente aliqua causa interna, sive externa calefaciente in ipso corde maior fit in igneum, quo facto a corde communicat toti corpori per venas, et arterias mediante spiritu, et sanguine, atque sic imprimit, ut corpus a consuetis exercitiis impediat, et hinc febris est genita.

Hoc autem videtur repugnare Galeno, qui docens modum generationis ipsius febris in 1o de diff. febrium cap. 4o scribebat febrem generari per partes post partes, quia dicit quod in febribus, quæ sequuntur inflammationes, et alios tumores preter naturam; Calor a parte post partem communicat cordi a parte inflammata, ergo sequitur, quod non mediante spiritu et sanguine calor communicet a constitutione febris. Respondet, quod quando a parte inflammata communicat calor cordi, tunc absolute febris dici non potest, nisi quando postea a corde communicat toti corpori per venas, et arterias mediante spiritu, et sanguine.

2a Difficultas est circa subm. ipsius febris, dubitatur enim, quodnam vero dici debeat febris subm.

Huius pavit difficultatis solutio ex ipsa definitione colligit; etenim triplex habet sub.tum febris, unum dicit effectivum, quod febrem scilicet efficiat; 2.dum dicit sub.tum delativum, quia febrem defert; 3.um vero dicit sub.tum denominationis, et hoc est, quod febricitare dicit.

Sub.tum effectivum febris est Cor, nam Cor efficit febrem; Hoc sub.tum colligit ex ipsa definitione, quia in illa diximus, quod Calor accendit in Corde, accensus autem a Corde ipso communicat tot Corpori, ac ita in Corpore inprimat, ut operationes Corporis tendat, et sic fiat febris, ergo Cor est sub.tum effectivum febris.

Sub.tum delativum sunt, Sanguis, Spiritusque; Hoc autem esse verum ex definitione colligit, ex qua habet quod Calor accensus in Corde defertur in Corpus mediante spiritu, et Sanguine, ergo &c.

3.um sub.tum denominationis, seu subiectum illud, quod febricitare dicit, totum Corpus est; Hoc idem colligit ex definitione, in qua habet, quod calor accensus in corde communicat tot Corpori, et eiusdem operationibus noceat, et tunc dicit febris; sed ex his videtur colligi posse febrem non esse morbum Cordis, sed totius Corporis, quia totum Corpus illud est, quod febricitare denominat; propterea non alia ratione febris dicit Morbus Communis, nisi quia totius Corporis est Morbus; non poterit autem dici Morbus Cordis ipsa febris, quia ubi sit esset Morbus partis determinate, et tunc est Morbus proprius, non vero Communis.

4.a Difficultas habet, quia dictum est, quod Calor

febris est calor naturalis mutatus in ignem, quaeritur dubitat an in febre calor naturalis mutetur in ignem in toto corpore, et in omnibus partibus constituentibus corpus an autem in aliquibus solum, cum praeter partes solidas in corpore dentur etiam humores et spiritus; huius difficultatis solutio habetur partim ex definitione praedicta, nam in ipsa dictum est calorem naturalem in ipsa febre mutari in toto corpore, et in omnibus constituentibus ipsum corpus; quod autem mutetur in toto corpore colligitur ex eo, quod dicitur in definitione, calorem scilicet ignem toti corpori communicari, et ita imprimi in corpore, ut noceat illius operationibus; quod autem in constituentibus ipsum corpus, p.o in sanguine, et spiritibus, ex definitione patet, quia in illa dictum est, quod calor communicatur toti corpori mediante spiritibus, et sanguine.

4.a Difficultas est, an febris sit morbus simplex; scilicet calidus tantum, an compositus; quia calidus et siccus; ex definitione partim habetur difficultatis resolutio, nam dictum est febrem esse morbum simplicem et calidum tantum, non vero calidum et siccum; In definitione enim febris fit mentio solum caloris et non siccitatis; ergo signum est, quod sit morbus simplex, calidus scilicet tantum; Hoc idem habetur ex Galeno in lib: de definitione morbi cap: 6.o, et lib: de morbis cognoscendis cap: 5.o, ubi scribebat febrem esse morbum simplicem, et calidum tantum; extant

preterea multa Galeni loca ubi solum de caliditate mentionem facit relicta siccitate quasi quod nollet innuere febrem esse morbum simplicem, et calidum tantum.

Locus est p.° in 6.° de morbis vulgaribus 24, videlicet habet de venæ sectione cap.: 2.° Vir. 5.° de medendi metodo cap.: ultimo, et in 1.° de medendi metodo cap.: 9.°; Ratio preterea id suadet, nam id dicit morbus, quod sedit operationes, at febris sedit operationes vone caliditatis et non siccitatis, ergo febris est morbus calidus et non siccus; Maior patet, quia dicitur est morbi sedere operationes ex Galeno in lib.: de morborum diff.is cap.: p.°; Minor probatur ex deffne febris, in qua dicit, quod calor ita inflammat, ut noceat operationibus, quod vero vone siccitatis in febricitante non sedant operationes dbat ex eo, quod dant febres, in quibus non est tanta siccitas, ut hæc possit sedere operationes, ut patet in febribus ephimeris, in quibus non est tanta siccitas, quæ possit operationes sedere, ut notorium est.

Ex adverso autem navia adducunt Galeni loca, ex quibus videtur dbasse febrem esse morbum calidum et siccum; p.° est in p.° de temperamentis cap.: 3.° ubi ait scribens febrem esse intemperiem calidam et siccam; idem habet 6.° de metodo medendi cap.: 9.° p.° Acutorum 14.° p.° Aphor.: 26 et 29; Ratio preterea id suadet, quia

dictum est febrem esse calorem naturæ mutatum in ignem, et calor igneus necessario habet annexam siccitatem, ergo febris non tantum erit calida intemperies, sed etiam sicca.

Et omnis tollat difficultas circa hanc quæstio: non notandum, quod aliud est dicere febrem esse intemperiem calidam et siccam, et aliud est dicere morbum esse calidum et siccum, quia non omnis intemperies morbus est ea ratione, quia non omnis intemperies lædit operationes. Respondendum igitur febrem esse intemperiem calidam et siccam, quia est calor naturis mutatus in ignem, quia annexam habet siccitatem, et hoc est quod voluit Galenus in dictis locis; verum licet febris sit intemperies calida et sicca, non tamen est morbus calidus et siccus, sed est morbus calidus tantum, quia lædit operationes ratione caloris, et non ratione siccitatis.

Objiciunt tamen aliqui febrem esse morbum non solum ratione caliditatis, sed etiam siccitatis, et eorum ratio est, quia siccitas videtur, quod dici possit morbus in ipsa febre; Hoc autem tali probat ratione; id, quod indicat dicitur Morbus, cum a Morbo sumatur curativa indicatio, at siccitas indicat utendum esse humidis, cum scripserit Hippocrates lib: 1º Aphor: 13º, victum humidum convenire febricitantibus, humida autem indicant a siccitate, ergo sequitur febrem non minus esse morbum calidum, quam siccum.

Huic Argumento potest satisfieri hac ratione, quod indicat est Morbus transeat, at siccitas non indicat humidis esse utendum, sed caliditas; Hæc enim indicat

esse frigidis et humidis utendum, ut habemus ex Galeno q. Methodi 14., nam caliditas indicat frigidis esse utendum, ut vigor ipsius caliditatis tollatur; indicat autem utendum esse humidis caliditas, ut augmentum ipsius prohibeat, nam humida tollunt siccitatem, quae apta est calorem augere.

Nec possumus obiectioni satisfacere tali pacto, quod indicat p. et per se est morbus, at non indicat siccitas p. et per se, sed 2.ario et per accidens; nam indicat siccitas humidis esse utendum ut diximus propter ipsum calorem, quia humida prohibent augmentum caloris tollendo siccitatem, quae calorem auget, cum sit causa eiusdem. Concludendum igitur febrem esse morbum simplicem tantum actu, potentia vero siccum, atque esse intemperiem calidam et siccam, sed non morbum calidum et siccum.

Quinta difficultas est an ad hoc ut sit febris sit necesse calorem esse accensum in corde; haec autem difficultas solvitur ex defin.ne, nam in ea dicitur cum febris sit calor extraneus accensus in corde, ergo ad hoc ut sit febris necesse est calorem esse accensum, quod confirmatum fuit supra per Auctoritates et rationes.

Contra vium tamen videtur posse probari argumento assumpto a febre illa phlegmatica, quam Avi.s appellavit febrem pituitosam, nam in hac ait Avi.s partes exteriores omnes calidas esse, interiores vero frigidas, sed in partes interiores adest cor, ergo cor in hac febre est frigidum, et sic in omni febre calor non est accensus in corde.

Insuper Hippo: 1.° Ignos: textu 24 dicebat, quod in febre acuta expiratio frigida est signum lethale, sed expiratio frigida indicat cor frigidum, ergo dat febris, in qua cor est frigidum, et non calidum; His tamen non obstantibus necesse est affirmare in quacumq: febre calorem esse accensum in corde.

Ad 1.um Argumentum de febre Ephiala Respondet, quod Ethia in hac febre est accensus in corde, ut docuit Galenus in lib: de inequali intemperie cap: 8.° ubi aperte scribebat calorem in hac febre esse accensum in corde, et ratio id suadet, quia hec febris putrida est, et in febre putrida necessario humores putrescunt. Hoc dato esse nam fuligines putridę, quę calidę sunt, et cor petentes necessario ipsum calefaciunt; Verum dicet calor in hac febre sit accensus in corde, non tam manifeste præsentibus Ipsis copiam humorum pituitosorum in partibus internis latentium, et quia non præsentibus hic calor, ideo Auis sequens inditum sensum dixit, quod partes internę frigidę sunt, non quia veneva cor sit frigidum, sed quia non sentit; ut Autem satisfaciamus Auctoritati ipsius Hippocratis, qui dicit dari in febre acuta expirationem frigidam, dicendum est, quod quando in febre acuta expiratio est frigida, tunc calor febrilis extinctus est, et corpus non dicit amplius febrient, cum id sit Ipse intervitum, ut notavit Galenus 4.° in 6.° de Morbis vulgaribus textu 24; Ipsemet dicebat Hippo: esse signum lethale.

Ultima tandem difficultas est, an ad hoc ut sit febris necesse sit, quod calor in toto corpore reperiatur: Huius difficultatis solutio habetur ex ipsa definitione febris, in qua dicitur febrem esse calorem accensum in corde, qui ita inflammat in toto corpore, ut noceat operationibus.

Oppositum tamen videtur Argumento desumpto à febribus intermittentibus, ut sunt 3.ne, nam in harum principio fit rigor, uel horror, aut refrigeratio, at cum hęc contingunt, corpus remanet frigidum, ergò calor in his febribus non reperitur in toto corpore.

Respondendum ex Auicenna in suà Cap. 30.o, ubi ait, quod in ipsa febre calor reperitur in toto corpore, cum hac limitatione, scilicet dummodo nihil sit, quod impediat, quare si in principio febrium intermittentium calor non reperitur in toto corpore, id contingit, quia aliquid est impediens; in principio autem febrium intermittentium id, quod impedit, ne calor reperiatur in toto, sunt humores, qui mouent partes sensibiles qui quidem motus tristem sensum faciunt, nam calor auffugiens ab eo, quod est noxium, et molestum necessariò ad partes internas recurrit, et sic externa remanent frigida, et sic uidimus ea, quę spectant ad p.m universale.

De Secondo Universali

Pars Secunda.

Explanata febris diffne sermone suo conuersit Auic: ad species, et diffas ipsius febris uariasq: ac diuersas proponit febris diuisiones, ab arabibus 1.o, 2.o a Galeno, 3.o ab Hippocrate, et quæ communes habent, nos autem pro nunc relictis omnibus alijs diuisionibus uersabimur tantum circa 1.am, quia ualde utilis est ad curationem ipsarum febrium, et necessario debet medicus illas praeognoscere.

1.a diuisio ut diximus desumpta est ab ab Arabibus, et huius inuentores fuerunt Rasis et Auenzoar; Rasis lib: 16.o continentur, Auenzoar uero in 3.o lib: suarum curationum cap: 1.o; Diuisio autem febrium huiusmodi est febris, nam alia sunt morbi, alia accidentia; Illas febres morbos appellant, quæ ortum habent a suis causis, et alios morbos non sequuntur; huiusmodi sunt febres putridæ, quæ ortum habent ab humoribus putridis, et non sequuntur alios morbos; Illas uero appellant accidentia, et simptomata, quæ alios sequuntur morbos, ut sunt febres, quæ sequuntur tumores, uel alias inflamma-

tiones; dicunt autem hæ febres accidentia, vel sijmptomata, quia sequunt alios morbos eo modo, quo sijmptomata morbum sequunt, sicuti enim ablato morbo remouent sijmptomata, ut habemus ex Galleno lib: de diffis sijmptomatum cap: 3.o; ita remotis morbis, quos sequunt illæ febres, remouent et ipsæ.

Reprobauit Auicennas hanc diuisionem, quia omnis febris morbus est, et non sijmptoma, quod quidem hac rone probat; Omnis febris lædit operationem, ut patet ex ipsa definne, sed id, quod lædit operationem est morbus, ut ex Gal: lib: de diffis morborum circa initia, ergo si febris semper est morbus non erit sijmptoma, cum inuicem distinguant; Multa superaddita Auicennæ, ut reprobaret hanc diuisionem, uerum cum parui sit momenti illa omittemus; sed hanc Arabum sententiam Gal: Auctoritate confirmabimus, quæ quidem habetur in lib: de diffis morborum cap: 5.o, ubi scribebat omnem febrem esse morbum, nullam autem esse sijmptoma.

Ouid difficultas ex eo, quod Gallenus multis in locis hac utitur diuisione, scilicet in febrem morbum, et febrem sijmptoma; Hoc expressit p.o ad Glauconem cap: 2.o et 4.o; idem habemus 3.o in p.o de morbis uulgaribus commentario 4.o et 4.o aphor: ib. Item etiam 6 aphor: Comentario 14.o; Dicendum, quod hæc diuisio, si uno modo fiat, reijcienda est, scilicet ubi fiat, ut ab arabibus facta fuerit, nimirum quod febris, uel sit

morbus, uel symptoma absolute; nimirum ea tong
reijciendo, quia omnis febris morbus est, et nul:
la est symptoma, ut declaratum fuit, hanc: om:
ninó reijciebat Gal: diuisionem lib: de Diffys
morborum cap: 5º; Si autem fiat hoc modo, scili:
cet febris, uel est morbus tantum, uel non tantum
est morbus, sed etiam habet modum actionis, et
symptomatis, tunc diuisio hęc est recipienda, et
hanc debet medicus diuisionem omninó nouisse
non dantes febres, quę tantum morbi sunt, ut
diximus illas esse, quę non sequuntur alios mor:
bos, quia sicuti symptomata remouentur ipso
morbo remoto, ita huiusmodi febres remo:
uentur, morbis ipsis, á quibus dependent pariter
remotis; hoc modo accepit Gal: hanc diuisionem
in locis enuntiatis, in quibus hac utitur diuisione,
et hoc modo facta uere est á medico pręco
gnoscenda, quia cum febris sit tantum morbus
indicatio curatiua sumitur tantum ab ipsa febre
cum uero non tantum est morbus, sed etiam habet
modum symptomatis, nulla indicatio sumitur ab
ipsa febre, sed tota sumitur á morbo, quem se:
quitur ipsa febris, quia eo abstato febris etiam
remouetur.

Completa 3ª diuisione febris ad alias accedem
us, quę triplex est, omnis enim febris, uel
est hęctica, uel humoralis, uel ephimera;
Huius diuisionis fuit Auctor Gal: in 1º de
Diffys febrium cap: 1º, atq: etiam diuisio hęc
colligitur ex definitione ipsius febris, dicimus

enim in ea calorem esse accensum in corde, et in to:
to corpore; ita ut noceat operationibus; sed cor
et totum corpus tribus tantum constat, et non pluribus,
nec paucioribus, scilicet solidis, humoribus, et
spiritibus, quia necesse est febrem accensam
esse, vel in solidis, vel in humoribus, vel in
spiritibus.

Cum cum est accensa febris accensione p.o in
solidis fit febris Hectica, cum accensione p.o
in humoribus est humoralis, sive putrida, cum
vero est accensa accensione p.o in spiritibus est
ephimera; ut autem intelligatur hæc diuisio; tria
sunt explicanda; p.m est, quid Auicenna in:
telligat per solida, humores, et spiritus; 2.m
quid per febrem Hecticam humoralem, et ephimeram;
3.m quid per calorem accensi accensione p.o, vel
in solidis, vel in humoribus, vel spiritibus.

Quod spectat ad p.m responsio est, Galenum du:
plicitur accepisse solida; p.o communiter, 2.o propriè;
cum propriè accepit, per solida intellexit partes
illas, quæ seminales dicuntur, atq: sunt partes om:
nes albæ, ut nervi, venæ, Arteriæ, ligamenta,
tendines, Membranæ, Ventriculus, Intestina,
et alia huiusmodi; Hoc modo accepit Gal: lib:
artis medicinalis cap: 49.o, et lib: de compositi:
one medicamentorum cap: p.o; aliquando accepit
solida communiter, et tunc intellexit omnes partes
seminales, et carneas, ut in p.o de diffij: febrium
cap: 5.o, quia ibi accepit partes solidas, ut
disquantur ab humoribus, et spiritibus; at partes

solide sic accepte complectunt omnes corporis partes et seminales, et carneas; Avicennas hoc in loco cum loquitur de solidis, accipit illas communiter, quia accipit illas, prout disgunt ab humoribus et spiritibus.

Quid verò per humores hic intelligat Avicennas, ita hoc expressit in 1.a parte lib: 1.i cap: de humoribus, quando ipsos dividebat in 1.os et 2.os. 1.i autem humores sunt illi quatuor, qui constituunt massam sanguineam; Sanguis nimirum, Bilis, Pituita, et Melanconia; Generantur isti humores iuxta sensum antiquorum in epate; Alii verò secundum sensum recentiorum, ut ita habuistis in institutionibus medicinalibus; semper autem producunt ex alimentis assumptis, et in chilum mutatis in ventriculo preter ipsam pituitam, quia non tantum generatur in epate, sed etiam in ventriculo, ut docuit Avic: loco allegato, et isti sunt, qui 1.i dicuntur.

Tanti et 2.i humores, qui nihil aliud sunt, quam idem 1.i humores transmissa ad ipsa membra per corporis nutritione, cum mutentur in substantiam propriam substantiæ ipsorum membrorum, quæ cum ita sint quæritur modo, de quibus humoribus intelligat Avicennas, cum dicit febrem humoralem fieri, dum calor accendit in humoribus. Dicimus, quod Avicenna loquitur de 1.is, quia loquitur de humoribus, qui sunt sub.tus febris humoralis, sed isti sunt humores 1.i et non 2.i, quia 2.i non sunt sub.tus febris humoralis,

cum sint subtus febris lethice, ut habemus ex Gal: 1º de diffijs febrium cap: 9º.

Verum isti quatuor humores dupliciter considerari possunt, uel seorsim, uel simul uniti, sicut massam sanguineam constituunt; Hic Auicenna considerat hos humores seorsim, sed coniunctim, sicut scilicet massam sanguinis constituunt; Hoc itaq; esse manifeste declarat, nam considerant hi humores, ut sunt subtus febris humoralis, et humores sicut sunt subtus febris humoralis, sunt simul uniti ad massę sanguineę constitutionem, non febris 1º accendit in corde, in corde autem non reperiuntur isti humores separati, sed uniti, et iunctim massam sanguineam constituentes.

Opponent tamen aliqui dicentes, nonne febris Humoralis fit ab humoribus separatis et seorsim acceptis, quia bilis est causa febris 3ne, et sic de reliquis, scilicet quotidiana fit a pituita; 4na a Melanconia, ergo febris putrida, siue humoralis fit ab humoribus separatim acceptis, non uero simul unitis.

Satisfacimus autem obiectioni hac rone, nimirum quod aliud sit loqui de humoribus, sicut scilicet humores sunt causa febris, aliud uero, ut sunt subtus febris; Humores ut sunt causa febris, etiam seorsim acceptis, quia bilis est causa febris 3ne; sicut uero considerantur, sicut sunt subtus febris non seorsim accepti, sed ita sunt, quatenus simul uniti massam sanguinis constituunt.

Quid uero Spiritus intellexerit Auic:, notandum, quod Spiritus nihil aliud est, quam Corpus tenissimum, et calidissimum genitum ex sanguine puriori, et ab Aere inspirato, atq: p.m. esse Animæ instrum. ad oberonis operationibus; colligitur hæc dem.o ex Gal: 4.o de usu partium cap: 1.o 3.o de naturis facultatibus commentario 1.o, et 10.o Methodi cap: 3.o, et 12.o Methodi cap: 5.o; Triplex autem est Spiritus, Animalis, vitalis, et naturalis; Spiritus Animalis generatur in ipso cerebro, et est Instrum. virtutis Animalis, et deferet virtutem Animalem ad totum Corpus mediantibus nervis; Spiritus vitalis generatur in ipso Corde, et est Instrum. virtutis vitalis, quæ defert ad universum Corpus Arteriarum; Spiritus autem naturalis, de quo dubitant Medici an detur, generatur in Epate atq: caliginosus, quia evassus est, et ob id dubitatur, an detur, cum ergo loquitur Auicenna de spiritibus, intendit omnes tres Spiritus. ~

Quod spectat ad 2.um. Febrem tabicam Auicenna intelligit febrem accensam in membris solidis quæ quidem dicitur tabica, sive habitualis, quia est veluti habitus, non sicuti habitus de difficili removetur ex Aristote cap: de qualitate, ita hæc febris quæ est accensa in membris solidis difficile tollitur. 2.o dicitur habitualis hæc febris, quia subtum hujus febris sunt partes solidæ, sed partes solidæ constituunt habitum Corporis, ut habemus ex Gal: lib: artis Medicinalis cap: 31.o ~

Per Febres autem humorales Auic: intelligit febres illas accensas in humoribus, idest in Massa sanguinea Hanc uero Galenus appellat putridas, ut 9.º de diff.is febrium cap: 9.º, quia non potest accendi febris in humoribus, nisi putredo aliqua fiat, ut habemus in eodem lib: citato de diff.is febrium cap: 1.º.

Obijciunt tamen aliqui, et affirmant dari febres accensas in humoribus citra putredinem, et hæc est illa, quam Gal: in lib: 9.º de medendi methodo cap: 4.º et 5.º appellabat febres synocha sine putredine, non scribebat ibi Gal:, quod in hac febre sanguis calefactus est sine putredine, sed in febre synocha sine putredine calor est accensus in humoribus, ergo dari potest febris humoralis etiam sine putredine.

Respn.º, quod calor ille accensus non est febris, sed essentia ipsius febris, nam á calore accenso in humoribus accendit calor in spiritibus cordis, qui posteá tunc febris est, quæ appellatur synocha, et quam Gallenus dicebat esse de genere ephimerarum.

3.ª uero dicit febris ephimera, et hanc intelligit Auic: febres accensas in spiritibus, quæ dicit diaria, quia scilicet terminus huius febris est una dies, quia si hæc febris in spiritibus accensa est, et spiritus habent substiam admodum tenuem, quo fit, ut calor accensus in spiritibus citó dissoluat, et terminet. Contingit autem, cum talis febris non pouet ab aliqua causa, nam si pouea, potest extendi ad 2.um et 3.um, nec non ultra; quod pluries uidemus, quod ob hanc rem synocha sine putredine quandoq: extendat in 3.um et 4.um die, quia pouet á calore accenso in humoribus,

et massa sanguinea, quia tam citō extinguitur.
Quod 2um quæsitum, nimirum quid sit intelligendum, dicendo humores accendi accensione pma; & hæc verba nulli intelligere Auic: calorem posse primum accendi in uno subto, quam in alio, ita ut sensum sit, quod quando febris primum accenditur in solidis quam in humoribus, et spiritibus, illa erit febris ethica; cum vero primum in humoribus, erit febris humoralis; cum autem primum in spiritibus erit febris ephimera. Concludendum igitur tria esse febrium genera, nimirum unum, quod constituit febres ethicas; alterum, quod humorales; alterum vero quod ephimeras ob rationem scilicet satis expressam, quod tria sint subta eiusdem, nimirum solida, humores, et spiritus.
Opponunt tamen nonnulli contra sic arguentes; Subtum febris est totum corpus, ergo non sunt tria subta. Resolutur hæc dubitatio, si dicamus, quod duplex dicitur febris subtum, unum scilicet denominationis, alterum inhærentiæ; Hoc autem 2um, scilicet subtum inhærentiæ duplex est, unum est totum corpus, et est subtum; Hoc patet duplex, pum et 2um; Totum corpus est subtum denominationis, subtum vero inhærentiæ; pum sunt solida, humores, et spiritus, quia febris pro inest, vel solidis, vel humoribus, vel spiritibus; 2um inhærentiæ subtum est totum corpus, et sic tollitur difficultas.
Sub his tribus generibus febrium multæ species continentur; non sub ethica voluit Gal: tres generales species pro de diffis febrium; una enim, in

qua substantifica quidditas partim solidarum effervescit; 2ª in qua eadem humiditas substantifica consumitur; 3ª in qua humiditas substantifica iam est consumpta.

Pª species febrium difficilis est cognitionis, et facilis curationis, nam confunditur cum specie ephimera; fit enim à causis extrinsis, à quibus fit etiam ephimera, nec in ea apparent signa febris lenticæ, quibus dignosci possit, quæ sint illa duo potissimum; unum scilicet, quod à cibo & hora calor excitetur, et augeatur in corde; 2ª uero, quod Arteria præsentiatur calidior cæteris partibus; Hæc autem signa non apparent in 1ª specie.

3ª uero species febrium facilis est cognitionis, et difficilis curationis; facilis cognitionis, quia signa febris lenticæ manifestissima sunt; difficilis uero curationis, quia iam absumpta est humiditas substantifica, quæ difficile potest, immo fere nunquam restaurari.

2ª uero species febrium media est inter utrasq; cum negsit difficilis cognitionis, ut 1ª, nec difficilis, uel impossibilis curationis, ut 3ª.

Humoralis autem febris, et ipsa uarias constituit species, quæ dessumuntur à Materia patiente febrem, nam materia, quæ putrescit, et febrem humoralem efficit, uel est massa sanguinea, uel sunt humores determinati diuersi à sanguine; cum putrescit materia sanguinea fit febris synocha cum putredine, ut ex Gal: 1º de diffis febrium cap: iiiº; cum uero putrescunt humores diuersi à sanguine, uel pu-

tvescit bilis, et fit febris 3na; uel putvescit pi:
tuita, et fit febris quotidiana; uel tandem putve:
scit Melanconia, et fit 4na. Isti autem humo:
res uel putvescunt in uenis, uel extra uenas, cum
in uenis fit febris continua; cum uero extra fit
intermittens; Huius autem rei ratio sic dari potest,
quia cum mata est extra uenas, p porositates
Corporis, quæ patentes sunt facile dissipantur
et dissoluitur; Hæc autem dissipata desinit febris,
et sic fit intermittens; Alia uero ratio est, quia
tunc materia est separata ab alijs humoribus,
et ob hanc causam non potest inficere alios humo:
res ea caliditate, qua ipsa est affecta; Hinc ea
dissoluta necesse est, quod desinat febris.
Si uero mata putrescat in uenis fit febris conti:
nua, quia cum materia est in uenis, ob densi
tatem membranarum illarum non potest dissolui,
et dissipari, ut fit quando mata est extra ue:
nas, quod quidem febris non desinit, nam ma:
teria, quæ in uenis est, tangit alios humores,
eosq: inficit calore illo, quo ipsa infecta est.
quare licet ipsa dissipetur, non tamen desinit
febris, quia remanet qualitas illa impura in
alijs humoribus.
Febris Ephimera et ipsa est una, et terminus
eius est unius diei et de hac loquebar Gal: 9.
methodi cap: 8t, ubi scribebat, quod hæc febris bre:
ui temporis spatio dissoluitur, cum non foueat ab aliqua
causa; Hæc autem illa est, quæ et re, et rone dia:
ria dicitur: re, quia calor est accensus in spiritibus;

rone, quia unius dei tantu est eius terminus; Alte-
ra autem ephimera est, que extendit in 3um et 4um
diem ex Gal: 9o Methodi, et hec est illa, que ut di-
ximus fovet ab aliqua causa, et ob id potest in
3um, uel in 4um diem extendi ex Gal: loco citato 9o
methodi, ubi dicebat, quod hec est ve diavia, sed
non vone; ve, quia calor accensus est in spiritib,
non autem vone, quia extendit terminum ultra diem.
Ex his, que dicta sunt, aliqua modo insurgunt difi-
cultates; sed 1o est, quod Auicenna dixit, Corpus
nostrum tritis tantum constare substantijs; scilicet
ex solidis, spiritib, et humoribus, quod quidem ca-
dit sub dubitatione, nam Corpus nostrum constituit
ex elementis, item ex capillis, et unguibus; insuper
dat etiam mata seminalis, et Chilosa; Ulterius in
Corpore nostro dat Serositas preter 1os humores,
que, et ipsa potest esse subm febris, immo et ipsum
Auicenna in hoc 1o cap: preter illa tria subta enonti-
ata, dixit in Corpore nostro reperiri substia quadam
quam ipse appellabat humores effusos; Obiectionib
istis contra Auicenna adductis, paucis satisfacimus;
Hic enim Auicenna non loquitur de omnib instituentib
nostrum Corpus, sed tantum de illis, que subm febris
esse possunt, nam licet alia dari possint, reducunt
tamen ad illa tria, quod quidem sic declaramus;
Pili, et ungues non sunt substia febris determinate,
reducunt autem ad illa tria, cum hec ex elementis
constituant, sicut hec constituunt illa tria enonti-
ata ab Auicenna, si non proxime, saltem remote;
De serositate autem, et de substia illa, quam dixit

Auicenna, uapores effusos; dicimus sevositates
reduci ad humores, quod fit dupliciter, uel
quia sevositas p Auicenna reponitur in spetie
pituite tenuis, uel quia sicut dantur diuersi hu:
mores, ita dantur diuerse sevositates, nam unus:
quisq: humor habet suas sevositates.

De illa autem substantia, que ab Auicenna dicitur uapor
effusus, dicendum est, quod hec reducitur ad spiritus,
nam ea est, de qua locutus est Gal: 5.o simplicium
medicamentorum cap: 8.o, ubi scribebat, quod in
spatijs inanitis Membrorum continetur quedam substantia
tenuis, que non est spiritus, sed alterata a calore
in spiritum conuertitur, cum igitur conuertatur facile in
spiritum, alterata sequitur, quod ad spiritum redu:
catur, neq: possit dici quod subm ipsius febris, sed
considerantur tanquam spiritus, qui postea fit subm
febris cythimere.

2.a difficultas est, an hec diuisio sit data p diffas
essentiales, an uero p accidentales; Gal: 1.o de
diffis febrium cap: 1.o dicebat diuisionem hanc
esse datam p diffas essentiales, quod uidetur non
inherere, cum hec diuisio sit desumpta a deffne
ipsius febris, que explicat essentiam eiusdem.

Videtur autem ex alia parte, quod oppositum desu
matur ex ipso inquam Auicenna, qui loquendo de
hac diuisione dicebat diuisionem hanc esse proxi:
mam diuisioni euenienti p diffas essentiales.
si ergo data est p diffas proximas essentialiter
ergo uere non est data p diffas essentiales, et
hoc non est bone alienum, nam diffs essentiales

desumunt á forma rei, at diff.ᵉ istę constituentes
hanc diuisionem sunt desumptę á materia, et á
substia, ergó uerę non sunt essentiales.
Resoluendum est distinctionem differentiarum essen:
tialium, quę duplicitę considerant; alię enim sunt diff.ᵉ
essentiales absolutę et simpliciter, et alię secundum quid:
diff.ᵉ p.ᵐ desumunt á forma, et reperiunt huiusmo:
di diff.ᵉ in substijs tantum, et in his, quę se habent ad
modum substię; diff.ᵉ autem essentiales secundum quid
desumunt ab his á quibus res pendet in esse, atq:
reperiunt huiusmodi diff.ᵉ in accidentibus, quę secundum
modum actionis considerant, et quia accidentia, quę
secundum modum actionis considerant habent esse á subⁿ.
ut docuit Aristes; ideó diff.ᵉ essentiales accidentium, ut
accidentia sunt, desumunt á subⁿ, cum ergó febris sit
accidens, et considerem, ut habet modum actionis,
quia considerat, ut inest subⁿ. ideó diff.ᵉ essen:
tiales febris debent ab ipso subⁿ desumi.
His premissis, si loquamur de diff.ᵇ essentialibus sim:
pliciter, dicendum diuisionem hanc non esse datam de
diff.ᵇ essentiales, et hoc est, quod innuebat Auic:
quando scripsit diuisionem hanc esse datam de diff.ᵇ
proximas essentialibus; si ueró loquamur de diff.ᵇ es:
sentialibus secundum quid utrq: affirmandum diuisio:
nem illam esse datam de diff.ᵇ essentiales.
3.ᵃ difficultas est, quod Auicennas dixit, quod
cum calor primus accendit in solidis, quam in humo:
ribus, et spiritibus fiat febris lenta, ergó unus
calorem primum posse accendi in solidis, quam in hu:
moribus, et spiritibus, quod repugnat praescriptis

à Galeno in lib: 1.º de diff.is febrium 5.º, ubi seri:
bebat calorem prius accendi in substantia tenuiori,
quam in crassiori, ea rone, quod tenuis substantia fa:
cilius alteretur, quam crassior, sed substantia spiritum,
et humorum tenuior est substantia solidorum, ergò pri:
us debet accendi calor in spiritibus, et humoribus, quam
in solidis. ~

Verum si consideremus hanc ronem, sequeretur quod
semper ephimera precederet putrida, et putrida
ectica, quod quidem falsum est, quia ad hoc ut fiat
febris putrida, necesse est aliquem humorem pu:
trescere, à quo eleuentur fuligines putridæ, quibus
non possunt adherere spiritus, cum sint tenuissimi,
et teuissimi, quod verò quidem possit accendi fe:
bris in solidis, quam in humoribus, et spiritibus; hoc
desumit Auicenna ab ipso Gal: in lib: 1.º de diff.is
febrium cap: 1.º, ex quo habemus dari posse ecti:
cam incipientem; si igitur non potest prius accendi ca:
lor in solidis, quam in humoribus, et spiritibus, non
dabitur ectica incipiens, sed semper sequetur vel ad
humoralem, vel ad ephimeram; sed hæc dari incipi:
ens, ut confirmat ex Gal: de diff.is febrium cap: 6.º
Quæ concedit ab omnibus graecis medicis, vt ab Aetio, Paulo, et Alexandro Italiano; ab Aetio cap:
93.º, à Paulo lib: 3.º cap: 20.º, et ab Alexandro
in lib: 12.º, ergò signum est, quod possunt prius ac:
cendi solida, quam humores, et spiritus. ~

Obiectis ergò satisfacere possumus dicentes,
quia aliquando in corpore nostro partes solidæ
sunt magis aptæ, vt alterentur à calore, quam

humores, et spiritus, quod contingit, quando partes solidae sunt calidiores, quam humores, et spiritus, quia in habentibus simbolum facilior est transitus, quod autem partes solidae possint esse calidiores enon: tiatis, sic declarari potest, supponamus hoc idem cor: pus usum esse alimentis frigidis, a quibus generantur humores in illo, et spiritus erunt frigidi, partes so: lidae erunt calidae, ergo adveniente causa alterante, tunc partibus alterantibus partes solidae prius, quam hu: mores, et sic verificatur propositio, quod calor potest prius accedere in solidis, quam in humoribus.

Ad auctoritatem autem Galeni, in qua habemus, quod tenuior substantia citius alteratur, quam crassa; Res: pondemus propositionem hanc ueram esse supposita iden: titate temperamenti, cum enim huiusmodi temperamen: ti sit materia crassior, quam tenuior, tunc facilius al: terabitur tenuior, quam crassior; quod si temperamen: tum erit diuersum, ita ut temperamentum crassioris substantiae sit calidum, et tenuioris sit frigidum, tunc certe alterabitur facilius materia crassa, et calida, quam tenuior, et frigida.

Ultima tandem difficultas est, quod non uideatur, quod possit dari febris ectica, in qua prius sint solidae partes calefactae, et ratio est, quia per definitionem ipsius febris habemus, quod haec communicatur toti corpo ri mediante spiritu et sanguine, ergo prius ca: lor debet accedere in humoribus et spiritibus, prius quam accedant partes solidae ad constitutionem ectica.

Respondetur non esse necessarium ad constitutionem

lectica, quod calor primo sit accensus in partibus so:
lidis ipsius corporis, sed sufficit, quod sit in
p.is accensus in solidis ipsius cordis, in alijs postea
mediante spiritus, et sanguine.

Sed adhuc urget instantia, et est, quod videtur
esse falsum, quod calor in lectica accendatur primo in
solidis ipsius cordis, et precipue in lectica illa, que
insequitur putredinem. Respondetur quod hec fe:
bris lectica, que est introducta, uel potest referri
ad calorem putridum, que fuit ipsius causa, uel non
ad calorem, qui non accendit in humoribus, eodem ac:
censo in solidis; si p.m Utig: primo calor est
accensus in humoribus, quam in solidis, in 2.o primo
est accensus in solidis, in quibus constituit lectica.

Expositis p.is duabus diuisionibus transit ad 2.m Auic:
que est diuisio secundum communem opinionem, que
subdiuidit in alias species, p.o est, quod alie sint
febres acute, et alie non sint acute.

Per febres acutas duo possumus intelligere, p.o sci:
licet febres illas, que habent calorem ad tactum
mordacem, ut habemus ex Hippocrate p.o in 6.m
de morbis vulgarium comen: 29.o; 2.o possumus in:
telligere febres illas, que uelocius mouentur et cum
periculo, quomodo has accepit Gal: lib: 2.o apho:
rismorum coment: 23.o. Hic Auic: febres acutas
intelligit illas, que uelocius mouentur et cum periculo
que quidem febres in Mulcylici sunt diffia; Alie
enim sunt acutissime exacte, alie sunt acutissime
sed non exacte, alie sunt acute exacte, alie sunt
acute non exacte; alie uero sunt acute ex deci:

dentia, et alia acuta phibita. ~
Acutissima exacte sunt, quae cum maximo periculo
mouent, et uelocissime, ita ut p.m dies non pteran-
seant. ~
Acutissima non exacte sunt, quae mouent eodem modo,
tamen pteransenunt p.m, et in 7.a terminant. ~
~ ~
Acuta exacta; quae mouent celeriter, et cum periculo,
sed non pteransenunt 1.m et in 14.a terminant. ~
Acuta non exacta sunt, quae habent periculum, et cele-
ritatem, pteransenunt 14.a dies, et in 20.a terminant.
Acuta ex decidentia sunt febres illae, quae celeriter
mouent, et cum periculo usq: ad 20.m, qua transac
ta lente, et tarde mouent, et terminum habent
in 40.m. ~
Acuta tarde phibita sunt illae, quae lente et tarde
mouent a principio usq: ad finem, qui quandoq:
est in 40.m, quandoq: ultra 60.m dies iuxta
maiorem, uel minorem redundantiam uasse malediae
ipsas constituentis, et haec est seriem acutarum
febrium, de quibus loquitur Auic: in hac diuisione. ~
Per febres uero non acutas Auic: intelligit illas febres,
quae non mouent uelociter, ut sunt quotidianae, uel si
mouent uelociter, carent periculo, ut sunt 3.nae. ~
2.a diuisio est, quod febres aliae sint cronicae, aliae
non cronicae; per cronicas autem intelligit Auic:
illas febres, de quibus locutus est Gal: lib: 2.o de
diebus indicatorijs cap: 12.o, in quibus dicebat
quatuor dari conditiones; 1.a est, quod sint
intermittentes; 2.a quod lente et tarde mouean;

3.a quod dies 40.ms attingant; 4.a uero, quod fi:
ant ex lentis, et tardis humoribus.
Per febres uero non Cronicas, intelligit omnes fe:
bres, quæ non attingunt dies 40.ms, uel si attingant
sunt continuæ, ut sunt febres illæ, quæ dicuntur acutæ
ex decidentia, de quibus loquebatur Gal: in loco citato.
istæ autem febres acutæ ex decidentia sunt, quæ ab
initio habent acutas, hæc autem remissa extenduntur
usq: ad dies 40.ms; sed etiam illæ febres, quæ conti:
nuæ sunt, et mouentur lente et tarde a principio
usq: ad finem, atq: extenduntur usq: ad dies 40.ms, et
ultra, de quibus pauca locutus est Gal: in loco ci:
tato, et appellabat has febres acutas Ghibitas.
3.a diuisio est, quod febres aliæ sunt nocturnæ,
aliæ diurnæ; per febres diurnas intelligit om:
nes illas, quæ in die habent accessiones; per noc:
turnas illas, quæ in nocte pauca habent accessio:
nes; de his febribus nocturnis, et diurnis lo:
cuti sunt Hippo: et Gal: 3.o in 1.o de morbis
uulgaribus, et in ua cap: 50.o ubi has docet cu:
rare Hippo: loquens de febribus nocturnis, scribebat
febres diurnas longiores esse, et deteriores noc:
turnis; Quod quidem uidetur repugnare noni; si:
quidem febris nocturna fit a crassioribus humo:
ribus; quia tempore nocturno tales uigent humores
cum autem nocturna hæc febris pendeat a similibus
humoribus crassis, tardius etiam resoluitur, quia noc:
turna febris erit longior diurna; Gal: con:
ari nonne reddere, quare diurna febris sit
longior, et deterior nocturna; cum autem

ratio ~~et~~ talis est, quia diurna est longior
quia minor dissolutione humorum patientur fe:
bres, nam humorum dissolutio solet fieri in decli:
natione febris, uel in fine status, at in declina:
tione et fine status febris diurnae non potest fi:
eri dissolutio humorum, et ratio est, quia febris
diurna habet accensionem in die, ergo decli:
natio accensionis continget in nocte, at in noc:
te non potest fieri dissolutio humorum, quia
frigiditate aeris constringant meatus corporis,
sunt autem quoq: deteriores, quia in febrib
diurnis uires magis debilitant, nam istae fe:
bres accessionem habent in die; In Accessio
nib abstinendum est a Medicamentis, et Ali:
mentis in nocte; ubi hoc faciendo impedit
somnus, quo impedito debilitant uires, et
uirtus; Iure igitur Hippo: dixit febres diurnas
esse longiores, et deteriores nocturnas.
Haec diuisio non est generica, cum Galenus scrip:
sevit febres tantum pituitosas diuidendas esse
in diurnas, et nocturnas; Hoc etiam confirmat
alter Auctor, cum eo loco reponat diurnas,
et nocturnas inq pituitosas febres, et licet etiam
aliae febres, ut sunt 3.nae, et 4.anae possint
accessiones habere modo in die, modo in nocte,
tamen strictè diuidi non possunt in diurnas, et
nocturnas, et ratio est, quia ad hoc ut sub hac
diuisione contineant, debent habere acces:
siones semper eadem hora inuadentes, ut
contingit in febrib pituitosis, aliae uero

modo citius, modo tardius habent accessiones. Hoc autem contingit, quia alie febres habent humores, qui facilius movent, et sic habent accessiones inequales; ideo etiam si aliquando habent accessiones in nocte, aliquando in die, non vero tamen diurne, et nocturne diurne. Vel diurne pituitose, in quibus accessiones semper contingunt eadem hora, ita tamen hee solee dici possint diurne, vel nocturne, et hoc ipsum naturam et fixionem humoris pituitosi viscidi, et crassi facientis febre. ~

4a. Divisio in Ordine talis est febrium alie enim sunt salubres, alie vero insalubres; per salubres eas intelligit hic: quee Periculo carent; per Insalubres vero, quee habent Periculum annexum, quee autem sint huiusmodi febres dubium est; communis autem opinio est, quod carentes Periculo sint intermittentes; cum Periculo vero continuee; sed hee Responsio est a veritate aliena, quia dantur febres intermittentes, quee non carent Periculo nam febres quotidianee intermittentes sunt et tamen, ut scribebat Gal: in lib: 1o ad Glaucon cap: 8o non sunt sine Periculo, et hoc duplici rone, 1a est, quia licet febris sit quotidiana intermittens, habet tamen tempus infebricitationis tam breve, ut vix ipsum instaurari possit; 2a quia huic febri annexum symptoma, quod multum debilitat vires, nimirum infacilitas ventriculi, ut docuit Gal:

loco citato, cum uero uentriculus imbecillis
est, probe non concoquit Alimenta, que sumi:
unt: id circo uirtus confirmari non potest, im:
mo in dies magis in hac febre debilitat, neq:
satisfacit opinioni illorum, qui sustinent inter:
mittentes febres esse sine periculo; Auctoritas
est desumpta ab Hippo: 4° aphoris: 42, ubi
scribebat, quod febris quocunq: modo intermisent
Periculo careat, non hec Auctoritas similitat ex
eo, quod ibi Hippo: non loquitur de omnibus febribus
intermittentibus, sed de ijs tantum, que fiunt
ab bile, non uero de alijs, que fiunt ab humoribus
crassis.

Concludendum igitur, quod febres salubres non debe
mus intelligere intermittentes febres illas, que cum
accidentibus magnis perniciosis uirtutem; ille uero
dicunt insalubres, et periculum habent annexum, quibus
magna simptomata insunt; sive febres ille sint
continue, sive intermittentes, non etiam in tertis inter:
mittentibus a Bile sepe prava simptomata succedunt
ut experimur, que uero sint ista magna simpto:
mata docuit Gal: 1° ad Glauc: cap: ultimo, quod in:
scribit febris cum Accidentibus.

3a Diuisio est huiusmodi; Alie sunt febres inter:
mittentes; Alie continue; que intermittentes illas
intelligit febres, que desinunt ad Infebricitatio
nem; hoc est que habent tempus infebricitationis;
tales sunt tertiane, quotidiane, et quartane intermitten
tes, que omnes Pertinent ad tempus infebricitationis
non tamen equaliter, quia idem tempus infebricitationis

est longius alijs; In 3anis longius quam in quotidianis.
Febres autem continuae in duplici sunt diffo. Aliae
habent accessiones, Aliae carent accessionibus, sed
unicam tantum habent a principio usq: ad finem.
Febres continuae, quae habent accessiones illae
sunt, de quibus Gal: lib: 8o de diffis febrium cap:
5o febres continuas appellant, quae reservunt naturam
uel 3anae uel quotidianae, aut diurnae, non habent
accessiones de 3o in 3um, licet sint continuae di-
cunt febres Proportionales 3anis; cum habent acces-
siones quotidie, dicunt Proportionales quotidianis.
cum de 4o in 4um quartanis. Febres uero
continuae, quae non habent accessiones, sed unicam
tantum a principio usq: ad finem, sunt illae quae a
Graecis Synochae appellantur, et a Latinis uniformes;
Qut a Graecis Hymastica, Paraxymastica et
Omotoma; a Latinis crescentes, decrescentes et
semper remanentes in eodem statu; Crescentes
quando plus est quod apponitur, quam quod resu-
mitur; Decrescentes, plus est, quod resumitur
quam quod apponitur, Remanentes semper in
eodem statu, quia tantum est, quod resumitur
quam quod apponitur.

6a Diuisio talis est, febres aliae sunt frigidae,
aliae non frigidae; per frigidas febres Auic: omnes
eas intelligit, quae inuadunt uel cum rigore, uel cum
horrore uel cum simplici refrigeratione; Rigor:
uel intelligimus affectum illum, in quo partes omnes
extrinsecae refrigerantur, mouentur, et agitantur; Hor-
rorem uero affectum illum intelligimus, in quo partes

exteriores omnes refrigerant; verum citra motum par:
tium, sed solum superficiei, cum refrigeratione vero
quando partes exteriores per appositionem tantum ma:
teriae crassae refrigerant.

Per febres autem non quidam dicunt: eas intelligit, quae
inuadunt citra praeposita accidentia, scilicet citra
vigorem, horrorem, et refrigerationem; Orit autem
difficultas, et quaerit quaenam sint istae febres, quae
fiunt cum vigore, horrore, et refrigeratione, et
quaenam sint illae, quae citra haec symptomata fiunt.

Communis Responsio est, quod febres, quae inuadunt
cum vigore, horrore sint intermittentes, quae vero
sine his sint continuae.

Responsio falsa est et repugnat doctrinae ipsius
Gal:, quia dant febres intermittentes, quae possunt in:
vadere sine vigore, horrore, et refrigeratione; quod
autem dent intermittentes, quae inuadunt sine vigore pa:
tet, nam haec fiunt, cum materia mouet a venis extra
venas, et mouet velocius per partes sensibiles ipsius
corporis, ut docet Gal: in lib: de vigore, et tremore.
sed possunt etiam fieri intermittentes febres, absq: hoc
quod materia moueat a venis extra venas, quod
contingit, cum materia patiens febre putrescit in ea
parte, in qua generatur; et tunc in hac non fit rigor,
nec horror, nec refrigeratio; Potest etiam materia mo:
ueri a venis extra venas sensim et paulatim, et non
excitare vigorem, quia ad hoc ut haec accidentia re:
sultent, oportet, quod materia velocius moueat, cum au:
tem non ita succedit, sicut febris sit intermittens, non fiunt
hi motus, et hoc contingit in febribus longioribus intermittentibus,

cum Materia imminuta est, et cuius qualitas est remissa
tunc enim sensim et paulatim movet Cuppus, et non potest vi-
gorem, horrorem, et refrigerationem excitare; quod autem
continue etiam cum vigore fieri possit, patet Gal: 9.o ad
Glauconem cap: 2.o ubi ait, quod cum senis fit vi-
gor, non est inferendum febrem esse intermittentem sed
alia signa quaerenda esse, quia ait, et in febribus
continuis senis vigor fieri potest; Satisfaciendum igitur
quaesito est, dicentes, quod febres illae, quae incipiunt
cum vigore, ut diximus sunt intermittentes, aliquando
continuae, sed rarò; quae verò incipiunt citra hoc, ut dixi-
mus sunt continuae, aliquando intermittentes, sed rarò.
Septima, et ultima divisio est, quod febres aliae sunt
simplices, aliae sunt Compositae; Per febres Simplices
duo possumus intelligere, nimirum illas febres, quae
carent venenositate, et malitia, quomodò eas acce-
pit Gal: et Hipp: in 2.o quod: 2.o, possumus etiam has in-
telligere febres, quae carent compositione.
In febribus autem variae dantur Compositiones, una est vera
compositionis alterius morbi omninò distincti à natura
ipsius febris, ut quando cum febre essentiali coniungatur
pleuritis, Angina, Dolor colicus; 2.da verò com-
positio est vera complicationis humorum constituen-
tium ipsam febrem, ut sunt febres illae, quae fiunt vel
ex bile maioris flamae, vel ex bile minoris flamae, sci-
licet ex congestione humoris biliosi, et pituitosi, vel
biliosi, et Melancolici; 3.a Compositio fit vera com-
plicationis febrium eiusdem speciei, ut contingit in du-
plici 3.ana, in qua dantur duae febres eiusdem spe-
cei, quae diversificantur ob duplicationem

4.a demus complicatio febris respectu febrium diuersæ speciei, ut quando dantur febres 3.ana et quotidiana simul, quæ quidem complicatio quatuor modis succedit. vel quando coniungitur febris 3.ana continua cum quotidiana continua, vel quando coniungitur 3.ana intermittens cum quotidiana intermittente; 3.o quando coniungitur febris 3.ana continua cum quotidiana intermittenti; 4.o verò quando coniungitur febris 3.ana intermittens cum quotidiana continua, ex quarum compositione resultat febris illa quæ dicitur Emitritens, et ab Hippo: Semi3.ana; 5.a tandem complicatio febris est quando sunt duæ febres diuersi generis in eodem subto. vel quando coniungitur febris Etica cum febre putrida, quæ compositio quando datur cognoscitur ab urinis, ab accessionibus, et a fetore excrementorum; concludendum igitur, quod febres simplices Auic: intelligit febres seruantes simplicem naturam, sine admixtione alterius humoris febricitantis, aut compositionis inemitatæ; Per compositas verò febres illas, quæ habent unam, vel alteram compositionem ex iam supra adductis, et sic deuenimus ad explicationem 2.di Universalis.

De Tertio Universali

Pars 3.a

Subsequitur modo expositio 3.ti universalis, quod spectat ad cognitionem illorum corporum, quæ sunt magis, vel minus obnoxia febribus, et hæc declarat ab Auic: in præsenti cap: 5.o, quod Ipsa

ipsum nos insequentes de ipsis agemus; 1.º docendo
quæ corpora sint magis obnoxia, et quæ minus, quæ
cognitio utilis est, et vone curationis, et vone prædi:
ctionis; vone curationis, quia ea corpora magis ob:
noxia febribus, ubi in febres incidant debilioribus uti:
mur auxiliis, ubi vero ea, quæ minus obnoxia fe:
bribus ijs corripiunt, validioribus utimur, et hoc est
cum vona, nam ea corpora, quæ magis obnoxia sunt
febribus, à quacumq: debili causa febre corripiunt,
cum autem causa est debilis, effectus etiam est
debilis, et quo debilior effectus est, debilioribus
utimur auxiliis; Illa vero corpora, quæ minus sunt
obnoxia, non possunt corripi febre, nisi à valida
causa, at quo validior est causa, validior etiam
est effectus, et quo validior est effectus, eo va:
lidioribus utimur auxiliis, et hæc est utilitas, quæ
ex tali cognitione capitur vone curationis. ~
Quo vero ad prædictionem ea corpora, quæ magis ob:
noxia sunt febribus, cum in febres incidant, minus
periclitant, et facilius curantur, cum vero è contra
corpora minus obnoxia, ijs corripiuntur difficilius
etiam curantur; docet hoc Hipp: ex Gal: aphor: 24.
Iure igitur ut fuit Auic: docere in hoc cap:, quæ
corpora sint magis obnoxia, et quæ minus febribus;
Utrumq: facit 1.º docendo, quæ magis; 2.º quæ minus.
3.º quæ medio modo sunt febribus obnoxia. ~
Ut autem intelligatis, quæ ab Auic: dicuntur, duo sunt
adnotanda; 1.º est, quod hic non loquitur de uno gene
re febris tantum, sed de omni; 2.º de humora
libus, ephimera, et etica, expressè quidem de humo:

rali et Ephimera; Tacitè verò de Ectica, quia idem est initium Ephimeræ, et Ectica; Alterum est Auic: hic loqui de omnibus temperaturis Corporum, expressè quidem de Corporibus calidis et humidis: de Calidis et Siccis; de frigidis et humidis: de frigidis et siccis; nec non de Corporibus calidis tantum, et de humidis tantum; loquitur verò tacitè de Corporibus frigidis tantum, et de siccis tantum; et ratio est, quia ex his, quæ dicunt de alijs Corporibus, intelligitur quid de frigidis tantum, et tantum de siccis sit agendum.

His ita stantibus explicans Auic: quæ Corpora sint magis obnoxia febribus, statuit esse calida et humida, et calida et sicca Corpora, in quæ ait Auic:, quod nullus sit exquirendus ordo; quia hæc æqualiter sunt febribus obnoxia; quod declarauit dicendo corpora calida et humida esse obnoxia febribus putridis, præsertim cum humiditas data et excedit; quia humiditas materialis, et Materia est putredinis, unde deinde: ente calore extrino contingit putredo, ad quam necessario sequitur febris; Corpora verò calida et sicca obnoxia sunt febribus ephimeris, quia habent spiritus, qui facilè inflammantur, et accendunt, et quia hæc Corpora calida, et sicca sunt obnoxia febribus ephimeris, ut Corpora humida febribus putridis, ideo in hæc Corpora nullus constituitur ordo.

Verum circa Corpora calida et humida duo sunt adnotanda; 1. quod hæc Corpora non dicuntur magis obnoxia febribus putridis, quia magis sunt obnoxia obstructioni, quæ causa putredinis est ex Gal: iij°

methodi cap: 5°, nam talia corpora non dicunt do:
noxia obstructionibus, cum habeant uenas amplas, ut
docuit Gal: lib: artis Medicinalis; ideo do hanc ca:
usam non dicunt obnoxia obstructionibus, sed febri:
citantibus facilius, quia adueniente causa fab:
ente putredinem, facilius in his corporibus con:
tingit putredo, quam in alijs propter humiditatem.
Alterum notandum est, quod corpora calida et humida
non dicunt obnoxia febribus putridis propter sanqui:
nem, qui non redundare in his corporibus, cum
sanguis non putrescat facile, sed difficile quamuis
calidus et humidus sit, quia sanguis, ut scribit
Auic: est uitae thesaurus, et do hanc causam non
permittit naturam ipsum putrescere, sed resistit id:
ius putredini, quantum potest; dicunt tamen do:
noxia febribus putridis propter multas humiditates
excrementitias, quibus maxime abondant talia
corpora, et do hanc rationem cernimus in hisce
corporibus humiditates continuo excerni, quae
illae sunt, quae maxime possunt humores dispo:
nere ad putredinem.
Docet etiam Auic:, quae corpora sint minus obnoxia fe:
bribus, atq: ait esse corpora frigida et humida,
frigida et sicca; Ratio autem, quare corpora mi:
nus febribus obnoxia sint, est, quia in ijs deficit ca:
lor, qui corpora disponat ad febres.
Docet ultra Auic:, quae corpora medio modo se habent
cum dispositionibus ad febres, et inter haec dicit esse
calida tantum, et humida tantum; nam ijs sunt do:
noxia febribus ex primevis ea ratione, quod corpora calida

tantus spiritus habent, qui facile accendant, ad quorum accensionem fit febris ephimera; corpora vero humida tantum sunt obnoxia febribus putridis, quia in ijs redordat humiditas, quae ut diximus putredinis est Malevia; verum quaeris febribus ephimeris sint obnoxia corpora calida, et humida putridis; minus tamen inquit Auic: esse obnoxia febribus, quam calida et humida, et calida et sicca, magis autem, quam frigida et humida, et frigida et sicca; Quod ipse tereca in medio horum sunt reponenda. Consent quae: tereca inuicem calida tantum, et humida tantum, et dicit quod calida tantum sunt magis obnoxia humidis tantum: quia 1.o sunt magis obnoxia febribus ephimeris, quam humida tantum putridis.

Verum in dictis ex Auic: aliquae contingunt difficultates, et 1.a est quia Auic: dicit corpora calida et humida et calida et sicca esse aequalibus obnoxia febribus, quod repugnat Gal: Lib: 4.o de Meth: med: cap: 4.o, ubi scribebat, quod corpora calida et sicca sint magis obnoxia febribus, quam calida et humida. Immo Auic: in sua cap: 2.o, ubi habet corpora calida et sicca esse magis obnoxia febribus.

2.a Difficultas est, quia Auic: inter corpora, quae medio modo se habent, reponit calida tantum, et humida tantum, Gal: autem de loco, non calida tantum, et humida tantum reponebat; Praeterea Auic: hic videtur diminutus, quia loquitur de corporibus frigidis tantum, et siccis tantum. Insuper, et ultimo hic Auic: nihil dicit de corporibus temperatis, de quibus tamen Gal: locutus fuit in loco supradici:

tato. ~

Ad 1um R.o quod cum quævis quæ corpora sint ma-
gis obnoxia febribus vel loquimur de omnibus
generibus febrium vel de ephimera tantum
si de omnibus dicendum est, quod corpora calida
et humida, et calida et sicca æqualiter sunt obnox-
ia febribus, quia scilicet eadem ratione, qua corpora
calida, et sicca sunt obnoxia febribus ephimeris
ita et febribus putridis calida et humida, et
hoc est, quod innuebat Auic: in hoc cap: cum
loquamur de omni genere febrium; Si vero
loquamur tantum de ephimeris febribus, dican-
dum est, quod corpora calida et sicca sunt
his magis obnoxia, quam calida et humida et
hoc est, quod ut ait Gal: lib: cit.o 8.o Method:
et Auic: cap: 2.o. Ad 2.um dicendum modo de-
bemus Respondere, nam si loquamur de om-
ni genere febrium, in quas est febris putrida
in corpora, quæ sunt in medio reponenda sunt
humida quia hæc sunt obnoxia febri putridæ;
Quod si loquamur de febre ephimera, tunc
in ea reponenda sunt sicca et pariter docuit
Gal: loco supra.to 8.o Methodi. ~

Ad 3um Respondendum, quod ex his, quæ dixit Auic:
ex aliis corporibus colligitur quod de frigidis
tantum, et siccis tantum sit dicendum, quia
ita se habent corpora frigida tantum et sicca
tantum ad calida tantum et humida tantum
quemadmodum se habent frigida et sicca
et frigida et humida, ad calida et sicca, et

calida et humida; ergo sicut calida et humida, et calida et sicca sunt magis obnoxia febribus, quam frigida et humida, et frigida et sicca: ita et calida tantum, et humida tantum erunt magis obnoxia febribus, quam frigida tantum, et sicca tantum. Ad Ultimum vero Respondendum est Avicennae, nihil dixisse de corporibus temperatis hoc loco, quia huiusmodi corpora raro possunt reperiri, fere enim omnia corpora habent excessum unius, vel duarum qualitatum. Ubi tamen de his corporibus temperatis nos loqui intendamus dicendum est cum Gal: loco citato, quod corpora temperata sunt magis obnoxia febribus quam corpora frigida et humida et frigida et sicca frigida tantum et sicca tantum, et minus obnoxia omnibus aliis corporibus.

Verum ex his oritur difficultas, cum Gal: lib: artis medicinalis scribit, quod temperata magis resistunt causis equivoce facientibus, quam cetera corpora. Quomodo igitur erunt magis obnoxia febribus; Respondendum, quod corpora temperata dicuntur magis resistere causis equivoce facientibus, quia omnibus causis resistunt aequaliter, et calidis, et frigidis; humidis et siccis; et Ratio est, quia in corpore temperato omnes qualitates sunt aequales, ita una aliam non excedat; corpora vero intemperata non resistunt omnibus causis equivoce facientibus, sed aliquibus magis resistunt, quam corpora temperata, nam corpora frigida magis resistunt calidis, quam temperata, et corpora calida magis frigidis, et haec sufficiant pro explicatione 2.i capitis, in quo agitur de 3.o Univer

sali:

De 4.° et Ultimo Universali - Pars 4.a

Reliquum est modo, ut accedamus ad ultimum universale, quod spectat ad febres; in quo agit Auic: quot et quæ sint tempora ipsarum febrium, et quibus signis cognoscant, de quibus agit Auic: in hac Fen lib: 4.i cap: 3.° et 4.°; Gal: autem lib: de Morborum temporibus, quorum cognitio adeo necessaria est, ut sine ipsa febres curari recte non possunt; Auxilia enim quibus utimur in febribus, in aliquibus temporibus conueniunt, in aliquibus non; nam purgatio, quæ in magna auxilia reponit, conuenit tantum in declinatione febrium; In alijs uero temporibus non nisi materia turgeat, ut ex Hippo: 1.° Aphor: 22; In ijsdem sanguinis euacuatio in principio, et in 1.a parte augmenti conueniunt, in statu uero, et declinatione numquam, ut docuit Gal: lib: 2.° Aph: Coment: 29.°; Ulterius secundum diuersitatem febrium ipsarum temporum victus febricitantibus uariari debet, quia in principio, et 1.a augmenti parte victus euacuationi est utendum; In ultima autem parte augmenti, et in ipso statu victu tenuiori, ut habemus ex Hippo: 1.° Aphor: 4.°.

Sed oritur dubitatio, quia uidetur in febribus non dari tempora, cum tempus sit mensura motus cum Philosopho. Febris uero excludit motum, cum sit morbus; Morbus autem habet esse in facto, et consequens motum excludat, cum motus sit in fieri; Insuper dato,

quod febres habeant tempora, non sunt tamen tanti facienda; quia à tempore nulla desumitur indicatio ut habemus ex Gal: lib: de optima Secta c: lib: ad Transibulum 3i.

Ad 1.m dicendum est febres duplicitr posse considerari; 1.o nempe quoad esse ipsius. 2.o quoad durationem; si 1.o modo considerentur febris, cum habet esse in facto ut motus non habet tempora; si autem 2.o modo, non excludit motum, et habet tempora.

Ad 2.m Respondendum est Galeno loquenti ad Transibulum cap: 39, et 40; quoad tempora ut tale est nulla sumitur indicatio; ab ipso autem quatenus significat dispositionem affectuum, qui sunt in corpore, et virtutis passivis dispositionem, ab ipso verò desumitur indicatio; non dicimus, quod in principio utendum est crassiori victu; quia hoc tempus significat naturam minus intentam esse concoctioni, in statu verò tenuiori non quia hoc tempus significat naturam valdè incumbere humorum concoctioni; Insuper dictum est in principio sanguinis evacuationem convenire, quia tunc virtus est valida et talem potest ferre evacuationem; In statu verò non convenire, quia illud tempus significat naturam intentam humorum concoctioni, et cum ijs gravem, quare patet quomodò à tempore sumatur indicatio; cum autem adeò necessaria indicatio, seu cognitio temporum, ideò de ijs agere expedit. Verum in ijs Evaclandis Avicennæ vestigia non sequemur, cum de his confuse, et indistinctè loquitur, comprehendit enim tempora universalia cum particularibus, et tempora febrium salubrium, cum temporibus insa-

subviu, nec loquit de temporib omniu febriu, n
enim mentione facit de temporib febriu diariaru
et hecticaru, nu loquit de temporib desumptis a con:
cochione materie motu patientis; sed hectice et Ephime
a materia n fiunt, sed Primaterialej sunt; quare
nos clare et distincte loquemur de temporib omniu
febriu, atq: de ijs verba facientes, quatuor erunt
pregstanda; 1.o quid sit tempus; 2.o quot et que
sint febriu tempora; 3.o quid unusquodq: eoru
sit; 4.o et ultimo dubitationes resolvemus, que
ex his educunt.

Quantu ad pu Objectat, scilicet quid sit tempus febriu
sciendu est, quod Avis: 4.o Phisi: Textu 101 dixit
tempus esse mensura motus secundu priu et poste:
riu; Hec autem mensura secundu priu et posteriu
in quatuor dividit partes, quia febris incipit, au:
geti, et in eodem statu manet, et tandem remittit
vel resolvit, quare quatuor erunt tempora ipsi:
usu febriu, quibus ipsa mensurant secundu priu
et posteriu; Motus autem febris duplex est; uni:
versalis, et particularis; cum autem tempus mensu
ret motu, sequit tempora alia esse universalia
que mensurant totu motu, et durationem febris.
Alia particularia, que particularem motus accessio:
nes mensurant. De ijs omnib igit agemus;
priu autem de temporib universalib, quia com:
munia sunt, et reperiuntur in omnib febrib;
Particularia vero tantu de febrib habentib
accessiones.

De Temporib autem Universalib loquentes dicimus

esse quatuor, scilicet Principium, Augmentum, Status
et Declinationem; Hæc universalia tempora in ali-
quibus febribus a duobus tantum desumuntur. Ab essentia
febris, et a symptomatibus, quæ cum ipsa coniunguntur;
Ab aliquibus autem a tribus; Ab essentia morbi; a sym-
ptomatibus, et a concoctione materiæ morbum patientis.
In febribus putridis, quæ ab Auic: appellantur remoua-
les, hæc tempora desumuntur a tribus predictis. In febribus
autem ephimeris, et lechieis a duobus tantum supra di-
ctis; non enim desumuntur a concoctione materiæ,
quia hæ febres non pendent a materia; Quæ ea
tempora universalia eruunt in Zyptici Diffa. Alia
enim desumuntur ab essentia febris; Alia a sympto-
matibus, quæ cum ipsa coniunguntur, Alia uero a concoc-
tione materiæ.

Loquemur autem de temporibus desumptis ab essentia
febris, et a symptomatibus tanquam utilioribus, cum hæc
reperiantur in omnibus febribus, atq: illa sunt quatuor
Principium; Principium autem est tempus illud
in quo febris et symptoma neq: augent, neq: imminuunt;
Sed retinent illum gradum, quem habuerunt in p.a in-
uasione; Augmentum est illud tempus, in quo febris
et symptoma augent; Status, in quo febris, et symptoma
neq: augent, neq: imminuunt, sed illum gradum tenent
quem assumpserunt in ultima parte augmenti; Declina-
tio uero, in qua supra dictum remittunt, et resolunt;
Neq: tempora in omnibus febribus reperiuntur, siquidem
in omnibus febribus putridis uidemus febres et sym-
ptomata incipere, Augeri, eundem statum seruare,
et tandem remitti, uel resolui; Quod uero dicit in

epithimevis, et Hecticis facile opas ex Gal: 2.° de Crisibus
Cap: ultimo 1.° de Diffis febrium Cap: 9.°, idq: sensu
confirmat, siquidem videamus in his febribus et Sym:
ptomata incipere, augeri & nevum dicet in omnibus
febribus reperiuntur hec tempora, non tamen in omnibus
aequalia sunt, sed in aliquibus sunt longiora,
in aliquibus sunt breviora; In Febribus quidem longio:
ribus longiora, in breviorib: breviora.

Tempora autem desumpta á concoctione materiae ita
celebrant, ut iuxta eorum diversitatem varies
et equotahtibus Reiches, et magis etiam auxiliis, vel
non, quia nevo febres dependentes á materia sunt in
duplici differentia, siquidem aliae salubres sunt, quae ad salu
tem terminant, Aliae insalubres, quae ad interitum;
Ideo hec tempora á concoctione materiae desumpta
in duplici sunt differentia; Alia sunt febrium salubrium;
Alia sunt Insalubrium; Tempora febrium Salubrium
quatuor sunt, Principium &c.

Principium ex Gal: 1.° de Crisibus cap: 16, vel 17, et lib.°
de totius morbi temporibus cap: 4.° est illud tempus, in
quo apparent signa cruditatis, vel obscurae concoctionis
materiae patientis febre, ut nevo intelligatis hanc prin:
cipii definitionem, via sunt declaranda 1.° quid sit
hec Materia patiens morbum, sive febre; Cuius signa
cruditatis, et obscurae concoctionis in principio apparent.
2.° ubi conspiciantur hec signa; 3.° quenam sint si:
gna cruditatis, et obscurae concoctionis, quae in princi:
pio apparent; Quoad 1.um spectat, notandum quod Materia
patiens febre duplex est, alia coniuncta, alia ante
cedens; Coniuncta est illa, quae singulis accessionibus

putrescit, et febre facit, quas Gal: ii Meth: cap: 9. et 10. appellat materias putridas, et hanc dicit in singulis accessionibus expelli à natura, uel per sudores uel per alvum uel per urinas; Quod si non expellat, Medici debent tentare eius euacuationes, ne in corpore detenta alias materias infitiat; Materia uero antem illa est, cuius pars singulis accessionibus expellitur in quo putrescit est, ubi putredo febre facit, quas Gal: appellabat semiputridas, quia attenuata, est à sua natura, et nisi à Medico corrigeretur, et ipsa putresceret; cum ergo dicimus in principio apparere signa crudilatis, uel obscure concoctionis materie Galenis febre, non loquimur de materia continuata, quia hec putrescit et expellitur, uel per sudores, uel per urinas, uel per alvum, sed loquimur de materia antecedente.

5.° Quesito satisfacit Gal: 1.° de Crisibus Cap: 15.° dicens, quod signa crudilatis, et obscure concoctionis et alia conspiciunt in urinis, quia hec materia continet in urinis, et urine sunt excrementa illorum humorum, et materiarum, que sunt in uenis, et ideo qualis est dispositio humorum, qui sunt in uenis, talis urinarum dispositio; Quod si que ualis, que nam sint hec signa crudilatis et obscure concoctionis que in urinis apparent in principio; Respondet cum Gal: 1.° de Crisibus Cap: 2.°, quod hec sunt scilicet, cum urine quoad contenta sunt contentis destitute, quoad substantiam tenues, quoad colorem uel sunt albe, uel sunt pallide, uel coloris pallentis; Verum notandum, quod color albus semper signum est crudilatis, at pallidus, et

palleaceum non semper, sed tantum in his corporibus, quæ tempore sanitatis reddebant urinas colorationes. ~
Signa autem obscuræ concoctionis sunt, cum urina ex alba fit pallida, vel coloris palleacei; cum ex tenui fit crassa, vel cum turbida mingit, et talis manet. Ulterius cum urina crassa est, et fit tenuis; sensus itaq: dictæ Aff.is principij talis erit; Principium est tempus, in quo in urinis apparent signa vel cruditatis, vel obscuræ concoctionis materiæ antecedentis; cum vero in principio apparuerint hæc signa cruditatis, vel obscuræ concoctionis est, quia tali tempore natura, adhuc non est aggressa concoctionem materiæ, vel saltem debilitatur; Notabat autem Gal: quod si hoc tempus reperiatur in omnibus febribus, non tamen æqualiter; In acutis enim febribus brevius est, quam in alijs; quia cum materia tenuis sit, et obediens concoctioni, et natura citò concoctionem aggreditur; In morbis autem cronicis longius est, quia materia est crassior, et inobediens concoctioni; Dicebatq: Gal: hoc principium in aliquibus febribus adeò breve esse, ut sensum lateat, ut in febribus acutissimis, quæ cum fiant à materia tenuissima, natura citissimè eius concoctionem aggreditur; unde citò desinit principium; Hocq: contingit in febribus illis, in quibus p.a die uidentur apparere signa concoctionis, quod ob id arbitrati sunt aliqui, tales febres non habere principium. ~
Principium verò longius dicebat Gal: excedere non posse iter.m diem, non in omnibus febribus longius hoc non contingit, ut si ultra diem iter.m contingat. Et hoc fit in illis febribus, quæ si contingunt in

habitu frigido, tempore pavis frigido, et tale se-
nidi; cum vero non possit extendere diem iste, id
fit, quia in principio febris, natura non agit in materiam
peccantem, cuius signum est, quod in principio non appa-
reant signa concoctionis; At hoc dici durare non po-
test, quod natura non agat in materiam, quare prin-
cipium non potest in multos dies extendi; notandum, quod
diffe principii apposita ab Auic:, in qua dicit, quod
principium est tempus, in quo nullum apparet signum
concoctionis, ita intelligenda esse manifeste docui-
mus, ut supra cum Gal:, quod in principio possunt appa-
rere signa obscura concoctionis.

Sequitur 4um tempus desumptum a concoctione, quod appel-
lat augmentum, quod sic diffinit a Gal: locis dictis.
Augmentum febrium est tempus illud, in quo apparent
signa manifesta concoctionis; signa autem huiusmodi
duo dicebat Gal: 1o de cuiusibet habere, unum om-
nibus manifestum esse, alterum non omnibus; 1um signum
est cum in urinis apparent contenta, aerum imper-
fecta; Imperfectum autem contentum innotescit ex
effectu diffine, quod inde ex Gal: loco citato debet
habere quatuor conditiones, nempe ut sit album, li-
ue, equale, et continuum; Per album quid intelligat
clarum est; Per leue autem intelligit illud, cuius par-
tes ita inuicem se habent, ut una non supereet alia.
Per equale vero illud, cuius partes ita se habent,
ut una non sit crassior altera. Dicit ultimo con-
tentum continuum, cum partes non sunt inuicem separate,
sed simul unite; Quare si contentum perfectum
est, id quod has habet 4 conditiones; imperfectum

erit, quod illis caret.

Secundus signus manifestæ concoctionis ponitur à Gal: loco citato, scilicet cum urina in substantia nec crassa est, nec tenuis, et colorem habet bonum, seu pallaceum, quamvis in urinis non sit contentum; Hoc augmentum à Gal: dicit reperiri in omnibus febribus salubribus, quamvis non sit æquale in omnibus; In acutis enim febribus dicit esse brevius, quia febres acutæ fiunt ex materia tenui, quæ cito superatur; à natura autem subita desinit augmentum; longius autem est in febribus chronicis, quia hæc fiunt à materia crassa, quæ non potest subito superari à natura, atq: hac ratione augmentum ducit in multos dies, immo ex Auic: in multas hebdomadas, et menses, in febribus inquam diurnis 3us tempus status est, quod Gal: 1us de crisibus, 13us et lib: de totius morbi temporibus, 3us dicebat esse tempus illud, in quo apparent signa perfectæ concoctionis. Hæc autem à nobis sumuntur à colore urinæ, cum illa habet colorem pallaceum à substantia, quando neq: est crassa, nec tenuis, sed in his media; contenta verò cum habuerit principalis conditiones superadditas.

Nonus notandus, quod ~~quando~~ id, quod continetur in urinis triplex esse potest ex Gal: 1us de crisibus 11us et 16us; uel enim reperitur in superiori parte urinæ, et dicitur nebula, uel in infima, et à latinis dicitur sedimentum à Græcis Hypostasis; uel reperitur in media regione et dicitur suspensum, In urinis autem omnium febrium non reperiuntur; Hæc omnia contenta, sed est in aliquibus unum, in aliquibus alterum, nam ex Gal:

in febrib, que fiunt ex materia tenui, et sunt
3.ane intermittentes, et continue, Contentus quod
apparet in urinis est nebula, et hec quidem de-
bet habere illas conditiones, nimirum quod albus,
leue et equale, et continuus, quamuis sit in supervi-
iori parte; In febrib autem, que fiunt ex Mata
crassa, contentus quod conspicit in urinis illud
est, quod sedimentum dicit, et apparet in infima
urine parte; Hocq: contentus in talib febrib, ut
sit signum effectę concoctionis debet habere illas
quatuor conditiones, Ratio autem, cur in febrib, que
fiunt á materia tenui, contentum apparebit in super-
iori parte; In ijs uero, que a Mata crassa sit
in inferiori, effert á Cal: talis, quod humores
tenues leues sunt; Illud uero quod leue est sursum
mouet, quare in ijs febrib contentum apparet in
superiori parte; Oppositum accidit, cum febris fit á ma-
teria crassa, hec enim grauis est: Materia autem
grauis tendit deorsum, et ideo in his febrib contentum
apparet in infima urine parte; In hijs febrib tamen,
que fiunt á Mata, que nec grauis est, nec leuis,
sed medio modo se habet, ut contingit in 3.anis no-
bis, Contentum vertit in media regione urine, et ap-
pellat suspensum, quod ut sit effectę concoctionis in
his febrib debet parib habere illas 4.or Conditiones.
Alterum notandum circa state est, an in ipso toto
mata patiens febre sit effectę concocta; 1.a parte
uidet dicentes, quod sit cum in statu apparebant
signa effectę concoctionis, In supervenientibus cum in state,
cum sepissime febres tollant, et solvant ex Cal: 3.o

de Crisis cap: 2°, quod quidem non fit, nisi post effectam materiæ concoctionem; res tamen aliter se habet, quia si in statu febris materia sola esset effectè concocta, febris, et simptomata non essent materiæ, quia cum materia est effectè concocta remittunt febris, et simptoma ex Gal: 9° de Crisis it°, sed in statu febris et simptoma sunt maiora ut habemus ex dicto: 2° Aphor: 30°, ergo sequitur quod in statu materia non sit effectè concocta, Gal: etiam lib: de totius morbi temporibus cap: 4° scribebat quod in declinatione febris aliquid materiæ relinquitur concoquendum, ergo in statu tota materia non est effectè concocta.

Resituendum igitur est, quod in statu materiæ effectè concoquitur non tamen tota est effectè concocta, quia nero effectè concoquitur, ideo in ipso statu apparent signa effectæ concoctionis, ad illud, quod in statu sæpissimè tollant febres, dicendum hoc solum contingere in ultima parte status, in qua absoluta est concoctio ipsius materiæ peccantis, et effectè saltem respectu maioris partis.

Hoc tempus status reperitur in omnibus febribus salubribus quantuis non sit æquale in omnibus, quia in aliquibus status est unius tantum, aut duarum accessionum, in aliquibus nero plurium; 2° accedit in acutis febribus, quia materia constituens has febres citò à natura concoquitur; hæc nero concocta desinit status; 2° fit in febribus non acutis, quia materia harum febrium cum colerica et crassa sit, citò concoqui non potest, et ideò status producitur

et est pluvius accessionum.

Qua ratione autem possit Medicus cognoscere, an sit unius, duarum, aut pluvius accessionum docet Auic: in hoc cap: 3º dicendo, quod Medicus hoc cognoscit ex accessione, que sequitur ipsum statum, quod quidem desumpsit á Gal: citato lib: de Crisibus cap: 10º docente quod in statu fiunt maiores accessiones, quam in alijs temporibus, ergo tot erunt accessiones status, que erunt accessiones maiores, at non potest cognoscere Medicus, quot fuerint maiores accessiones, nisi accesione, que sequitur statum, que incipit minui; quare cum uidebit Medicus imminutionem accessionis, cognoscet quot sint maiores accessiones, que processerint, et consequenter cognoscet, quot fuerint accessiones status. Notandum tamen, quod hic Auic: non dicit statum cognosci ex accessione, quod ipsum sequitur, quod ipsum dixisset, quoniam status cognoscitur á signis effectus concoctionis, et á magnitudine febris, et symptomatum, sed solum dicit longitudinem, et breuitatem status cognosci ex accestione, que ipsum sequitur.

Declinationem desumptam á concoctione materiae definit Auic: dicendo, quod declinatio est tempus, in quo natura sensim et paulatim separat et expellit materiam separatam, et emictam, ex quo tertio colligitur duplex discrimen inter statum et declinationem; 1º est, quod si in statu natura separat et euacuat confestim, et uelocius id efficit, non in statu solet fieri subita mortis solutio, ex Gal: 5º de Crisibus 1º, que quidem sequitur euacuationem uelocius factam; In declinatione

uero ñ ita fit, et ratio huius diuersitatis est
quod in statu materia est copiosa, et sua quanti-
tate inuitat naturam ad expulsionem, et ob hanc
causam fit euacuatio confestim et uelocius; In decli-
natione uero imminuta est materia, et pro ma-
iori parte euacuata, unde ñ potest sua quantita-
te inuitare naturam ad expulsionem, et ob hanc
causam natura in declinatione sensim, et paulatim
euacuat. ~

Aliud discrimen est, quod in declinatione materia
superata est et euicta á natura, in statu uero
superat et euincit. ~

Dicetis cur in declinatione appareant signa perfecte
concoctionis, quia scilicet superata sit materia
et euicta, cum ñ dixit Auic: in declinatione ap-
pareant huiusmodi signa. R.o hoc dixisse Auic:
quia eo signo ñ separat declinatio á statu, cum
etiam in statu appareant ea signa concoctionis.
Hec declinatio reperitur in omnibus febribus salu-
bribus, ñ tamen equaliter existit in omnibus; nam in
acutis febribus diutior est ob rationem super as-
signatam, in diuturnis uero longius; addit q: Aui:
dari febres, in quibus declinatio ualdé longa est, et
producit ad multos dies, uidemus enim in quarta
aliquando apparere signa perfecte concoctionis, febre
et simptomata remissa esse, et p consequens
ad declinationem peruenisse, qui tamen ñ mul-
tos dies durat; Febres autem, in quibus talis dat
declinatio dicunt esse febres synocha decrescen-
tes. ~

Triplex est enim febris Synocha 2.° de diff.is febrium, inq quas una est, quę semper decrescendo procedit a principio usq: ad finem, et fere tota est declinatio; Hęc tamen sentia recipi nō potest, quia nō possumus dicere, quod in hac febre protrahat declinatio in multos dies, quia hęc febris tota nō potest dici perdurare, terminat enim intra 1.um uel 14.um diem, ut habemus ex Gal: 9.° meth: 4.° ~

Dicamus igitur, quod istę febres, in quibus producit declinatio in multos dies, sunt febres illę, quę fiunt a materia crassa, et fouent ab affectu aliquo interno, qui difficulter remouent. Huiusmodi est obstructio uenarum Epatis, quę sępe fouent, atq: efficiunt febres, quod difficile remoueant, negligentia rationes, quia uenę Epatis exiles sunt et parues, in quibus sane febribus concocta materia, et imminuto affectu fouente febres, aduenit declinatio, quę producit in multos dies, quia materia, quę relinquit crassa, et reliquię affectus predicti difficile remouent; hęc de temporibus febrium salubrium desumptis a materia. ~

Dant preterea febres insalubres, hoc est, quę tantum terminant a initium, quę quidem et ipsę habent sua tempora desumpta quidem a materia, sed diuersa temporibus febrium salubrium, de quibus nunc loquendum est. ~

Febres Insalubres in duplici sunt diff.ę, alię enim dicunt Insalubres secundum totum, alię secundum partem. Febres secundum totum Insalubres sunt illę, quę a principio usq: ad finem habent insalubritatem;

Insalubres verò secundæ partes sunt illæ, quæ habent salubritatem à principio, sed ea mutata à insalubritate, et in illum terminant; In febribus Insalubribus secundus totus tempora desumunt à corruptione materiæ febrem facientis febrem, sicuti in salubribus à concoctione materiæ, ex Gal: 1.° de Crisibus, et 1.° de differentijs febrium 6.° ubi hanc corruptionem materiæ appellat putredinem, quæ fit superata natura à diffficultate concoctionis, quæ fit natura superante.

Signa autem huius corruptionis materiæ in quadruplici sunt diffa, quemadmodum signa, quæ sumunt ex concoctione materiæ ex Gal: loco citato; Sunt autem hæc signa crudilatis obscuræ corruptionis, manifestæ corruptionis, et corruptionis effectæ; Crudilatis signa sunt in urina contenta, est destitutæ in substantia tenuis, in colore livida, qui color est via ad lividum et nigrum. Signa verò obscuræ corruptionis sunt, quando Urina ex tenui fit crassa, et ex livida fit lividis; Manifestæ corruptionis, cum in urinis apparet contentum sed liquidum, quomodocumq: illud sit, sive nebulam; Signa verò effectæ corruptionis sunt, cum urina et secundum contentum, et secundum substantiam habet nigrum colorem.

In his autem febribus insalubribus secundum totum sunt, quæ disgnunt signa corruptionis tantum, 3.° sunt nimirum principium, augmentum, et status; declinatio enim in his reperitur, cum in his necessario contingat initium, qui in declinatione neqquaquam fieri potest ex Gal: 3.° de Crisibus cap: 5.°, quia tunc materia est evicta, remissa est febris, et sympto-

mata subtata; unde urines eo tempore á materia morbifica superavi non potest. Principium harum febrium est cum apparent signa cruditatis, uel obscure corruptionis hoc est cum urine sunt contentis destitute, in substantia tenues, in colore lucide, uel cum substantia tenuis mutatur in crassam, et color lucidus in uiridem. Augmentum est cum apparent signa manifeste corruptionis scilicet, cum in urinis apparet contentum uel lucidum, uel status harum febrium ex huic: est cum apparent signa perfecte corruptionis scilicet cum urine secundum contentum, et secundum substantiam sunt nigre; febres autem insalubres secundum partem habent sua tempora diuersa á temporibus febrium Insalubrium secundum totum: sunt autem hæ met febres, quæ ab initio habent salubritatem, et hæc mutata ad insalubritatem mutant ad initium. Potest autem salubritas mutari á insalubritate duobus tantum temporibus, in principio scilicet, et augmento, in statu autem, uel declinatione nequaquam; In principio, et augmento quidem, quia tunc á natura non superatur Materia, et hinc leui facile potest, et salubritas mutetur á insalubritate. In statu uero non, quia tunc materia á natura superatur, cuius signum est, quod tunc apparebant signa perfecte concoctionis; Hocq: minus in declinatione contingit, in qua materia iam superata est et euicta; Preterea si salubritas in statu et declinatione ad Insalubritatem mutari posset: in his posset Mors succedere, sed hoc est falsum, quia tunc apparent signa perfecte concoctionis, quæ secundum talis sunt signa ex tal: 3.º de Crisibus 5.º

Objiciet tamen aliquis dicendo morbos etiam in statu pos:
se contingere ex Gal: 2.° de Crisib 5.° ubi scribe
bat, quod Morbus contingere potest in tribus temporibus
principio scilicet, augmento et statu; immo Gal:
referens tempora in 2.° de Crisib cap: 9.° in quib
Morbus contingere potest, inq ea reposuit declinati
ones.

Ad 1.um Respondere possumus, quod status duplex est
ex Auic: cap: 3.° unus febrium salubrium, in quo
apparent signa perfectae concoctionis, alterum est
febrium insalubrium, in quo apparent signa perfectae
corruptionis, in priori Morbus non potest contingere
quia in illo sunt signa securitatis, in 2.° autem de quo loquebat Gal: necessario Morbus contingere
debet.

Ad 2.um Respondemus, quod declinatio est du:
plex, Universalis scilicet, et particularis; 1.a
est declinatio totius febris; 2.a vero declina:
tio singularum circuitum, qui fiunt in febrib.
In declinatione universali morbus contingere non
potest, quia tota materia evacuata est et superata
In declinatione vero particulari, de qua Gal: loco
citato morbus contingere potest, quia materia co:
niuncta habens febrem superata est, non tamen su:
perata est Materia antecedens.

Ad in principio mutat salubritas ad insalubri:
tatem, principium hoc febrium idem est, ac prin:
cipium febrium insalubrium, quare sicut in princi:
pio febrium insalubrium apparent signa cruditatis
vel obscure corruptionis, ita etiam in his febrib

insalubrib secondu partes, quod si forte motus contingat in hoc principio huiusmodi febres habebunt tantu unu tempus, scilicet principiu. Quod si contingat salubritates mutari ad insalubritates in augmento, in his febrib augmentus erit idem cum illo febriu insalubriu secondu totu, quare sicuti in augmento febriu insalubriu apparent signa manifestę corruptionis, ita etiam in augmento harum; quod si contingat motus in hoc tempore febris duo tempora habebit, scilicet principiu, et augmentu; quod si nu contingat motus neq: in principio, neq: in augmento, aduenient status, qui similis erit statui febriu insalubriu secondu totu, quare sicuti in statu illarum febriu apparent signa perfectę corruptionis, ita etiam in harum statu huiusmodi signa apparent, in quo necess.° motus contingit.

De perfecto sermone de temporib uniuersalib ad particulares est descendendu, quorum quidem cognitio uade necessaria est ad morborum curationes; cum in uno particulari tempore liceat ęgrotantes cibare, in alijs uero nequaquam, ut ait Hippo: p.° aphorum 46, et expresse magis p.° aphor: ii.° dum scribebat in accessionib a cibo abstinere oportet. Quę sint hęc tempora particularia nu est satis notu. multi asseruent esse tempora accessionum, quę contingunt in febrib. Sed hęc oppositio falsa est quia inter hęc tempora ponerem declinatio, quę tamen nu est pars accessionis ab ipsa dist. ut placuit Gal.° loco citato p.° aphor: ii.° Dicendu est igitur, quod tempora particularia sunt tempora civ:

cuitum, qui succedant in febribus ex Gal: lib: de mor:
borum temporibus 4.o et 5.o, qui quidem circuitus uel sunt
quotidiani, aut 3.ani, uel 4.ani. Respectiue ad febres
illarum speciebus, dant autem hec tempora circuitum,
quia mensurant motum, qui fit in circuitu quarumcunq:
febrium, uel proportionatarum, uel intermittentium,
Qui etiam in alijs febribus, et appellant particularia
ad differentias uniuersalium, de quibus uerba fecimus;
febres autem, que circuitus habent in duplici differentia
sunt ex Gal: 2.o de diff.is febrium 1.o, et 5.o, siquidem
alie sunt continue, alie intermittentes, proportio:
nate intermittentibus, quia habent circuitus similes
circuitibus intermittentium.

Hec autem tempora circuitum sunt quemadmodum, et
quatuor tempora uniuersalia ex Gal: lib: de Morborum
temporibus cap: 4.o et 5.o. et 1.o acutorum, coment: 49,
scilicet principium, augmentum, et status.

Principium particulare illud est, in quo calor nattis
recurrit ad thoracem, cor, et ad locum putredinis, et
hic calor aliquo modo suffocat a Materia patiente
febrem et ab humoribus, qui intus confluunt, ut
docuit Gal: 1.o acutorum 46 2.o de diff.is febrium
ultimo; quibus autem signis hoc principium dignos:
cat docuit Auic: cap: 4.o, unum scilicet desumitur a
pulsu, alterum a calore, scribebat enim Auic: quod
in hoc principio particulari calor et pulsus occul:
tantur, hisq: duobus signis uult medicum posse cognos:
cere principium hoc particulare; occultantur ita
pulsus in principio, ut non sentiantur a medicis,
cuius ratio est, quia tunc cum calore intro confluunt

humores, qui intro confluxi oppximunt Arteriaes, ut eleuari non possint, et cum non possint eleuari necesse debent pulsus occultari; Calor etiam occultatur in hoc tempore, et hoc dupliciter, 1° ita ut non sentiatur, et loco ipsius sentiatur frigus, et hoc contingit ut fuerimus in febribus intermittentibus: 2° ita occultatur, ut sensiatur quidem, sed valde exiguus, Hocq: contingit in febribus, in quibus in principio non sensitur frigus, sed calor valde exiguus, et remissus, ut inconstans, et dicitur incontinua una Motus.

Alterum tempus particulare est augmentum, quod illud est, in quo calor paulatim expatitur ad exteriores partes, et expansus notabiliter augetur secundum id, quod docuit Gal: lib: 1° de acutorum tt, et so de morborum temporibus cap: 4°, quibus in locis dicebat hæc duo contingere in augmento. Diuisit Gal: augmentum in duas partes; 1ª est, in qua calor paulatim expanditur ad extremas partes et hanc appellat inæqualitatem ea ratione, quia cum calor paulatim expanditur, non omnes partes æqualiter sunt æqualiter, immo nec omnes calidæ sunt; 2ª pars est, illa, quando calor expansus notabiliter augetur, et hanc appellat æqualitatem, quia in ea omnes partes calidæ sunt æqualiter. Hoc tempus suis signis cognoscitur ab Auic:, quæ desumuntur ab illis duobus, a quibus diximus desumi signa principij, nimirum a pulsu, et a calore, et quia augmentum habet duas partes, ideo ambarum signa sunt eventa. Signa desumpta a pulsu 1ª augmenti parte indicantia illa sunt, quod pulsus, qui occultabantur in principio incipiunt apparere, et manifestari ea ratione, quoniam humores

illos, qui opprimebant arteriaq; retroqellit; Signum
autem desumptum á calore est, quod calor incipit ma:
nifestari ea vone, quia paulatim expandit ad par:
tes exteriores; Signa autem, quæ indicant alteram par:
tem augmenti ab ijsdem sunt desumpta, á pulsu sci:
licet, et á calore; Signum á pulsu est, quod eo tem:
pore in pulsu præsentit aliqua magnitudo, fre:
quentia, et celeritas. Signum verò á Calore est
quod Medicus manifestè sentit calorem augeri, super
tempus particulare status, in quo calor occupat
æqualiter omnes Corporis partes, atq: eundem gradum
servando nec augetur, nec imminuitur. Quod in statu
Calor hic omnes Corporis partes occupet docet Gal:
1.o cap: 11. Verum sciendum est, quod hac diffo
nem separat status ab augmento, quia alias in
ultima parte augmenti calor potest occupare
æqualiter omnes Corporis partes; Insuper addit
altera diffo, quæ est, quod in statu calor
eundem statum servet. Cuius rei ratio est, quia
si calor augeretur, vel imminueretur in hoc tempore
verè non posset dici status.

Signa, quæ nobis ostendunt hoc tempus desumuntur
partim et ipsa á pulsu et á calore. Signum autem
á pulsu est, quod pulsus præsentit magnus, ve:
lox frequens & est quia tunc calor uiget, et ideo
multa indigent ventilatione, et refrigeratione; hæc
autem fiunt magna velocitate et frequentia pulsus.
Signum á calore est, quod in ipso statu calor persentit
valdè intensus in omnibus Corporis partibus.
4.um et Ultimum tempus particulare declinatio dicit

quæ tempus illud est, in quo calor naturalis tendit ad partes extimas, à quibus recesserat in principio, et tunc calor febrilis remittit et resolvit. Dixit autem Auic: calorem remitti et resolui in declinatione, quia declinatio particularis duas partes habet, ut habemus ex Gal: lib: de morborum temporibus 4.° et 8.°; Una est, in qua calor febrilis remittit et dicit remissio, alia, in qua abolet, et dicit resolutio, quæ appellat à Gal: integritas, et intuatur.

Declinatio in febribus intermittentibus ambas partes habet, scilicet integritatem, et remissionem, quia hæ desinunt ad infebricitationem. In continuis autem declinatio unicam tantum habet partem, scilicet remissionem. Integritas autem non datur in continuis, quia hæ semper infestant ægrotantes. Signa, quæ nobis denotant declinationem et ipsa desumuntur à pulsu et à calore, nam declinatio duas habet partes, hinc ambarum signa sunt referenda.

Signum à pulsu indicans 1.am partem declinationis est, quod in ipso aperte uidemus remitti magnam uelocitatem, et frequentiam, quæ erant in statu. Signum à calore est, quod in 1.a parte declinationis manifeste calor remitti sentit. Signum desumptum à pulsu, quod indicat partem ultimam declinationis est quod pulsus tunc reddit ad suum naturale statum. Signum autem à calore traditum est ab Hippo: aeutorum 46, scilicet, quod in partibus extraneis corporis, et præsertim in pedibus calor naturalis persentiatur.

Absolutis expositionibus attinentibus ad tempora uniuersalia, quam particularia, nunc est, ut quatuor

proponamus difficultates, quæ contingunt circa tempora, duæ in quas sunt circa universalia, et duæ circa particularia; 1.a est an in omnibus febribus verseriantur omnia quatuor tempora; 2.a est an tempora, quæ desumuntur ab essentia febris, et a simptomatibus, coincidant cum temporibus desumptis a concoctione materiæ, ita ut sit dicendum, quod existentibus temporibus desumptis ab essentia et simptomatibus, extent etiam tempora desumpta a materia gaudente febre.

Difficultates autem, quæ circa tempora particularia contingunt sunt pariter duo; 1.a an tempora particularia sint tantum quatuor; 2.a est, an hæc tempora versentur in omnibus circuitibus ipsarum febrium.

Pro resolutione 1.æ difficultatis spectantis ad tempora universalia tria veniunt in memoriam venouanda. 1.um quod tempora universalia febrium a tribus desumuntur, nempe ab essentia febrium, a simptomatibus, et a materia gaudente febre; 2.um febres aliæ sunt salubres, aliæ insalubres; 1.æ ad salutem, 2.æ ad interitum terminantur; 3.um quod febres aliæ sunt materiales, quæ scilicet dependent a materia putrescente, et putridæ uocantur; aliæ sunt immateriales, ut Ephimeræ, et Hecticæ.

His stantibus quatuor constituunt conclusiones, 1.a est, quod si loquamur de temporibus, quæ sumuntur ab essentia febris, et a simptomatibus, et de febribus salubribus materialibus, et immaterialibus, satis est constituenda. Conclusio, quod omnis febris habeat omnia quatuor tempora; Hanc conclusionem declarauit Gal. lib. de morborum temporibus cap. 4.o et 5.o et 1.o Aphor. comen. 12.o; Sensus pretereaa hanc confirmat; siquidem

uidemus in febribus salubribus, febres et symptomata incipere, augeri, eundem statum seruare, uerum etiam remitti; Verum ut hæc Conclusio veritatem habeat non absolute intelligenda est, sed cum duobus limitationibus. 1.a est nisi tempora apposita ab aliquo prohibeant; possunt enim hæc prohiberi á natura, et á Medico, et tunc febris non habebit quatuor tempora; Prohibent autem á natura, quia fieri potest, ut ipsa in principio febris mol: tiant copiosam euacuationem, qua facta remittit febris, et symptoma; quare transibit febris ad declinationem á principio, et duo tantum tempora habebit; Quod si fiat hæc euacuatio á natura in aug: mento, et hac facta febris et symptoma remittant; tunc febris tria tantum tempora habebit statu destituta; á medico autem possunt tempora prohiberi, quia potest in principio febris magna euacuationem facere, qua facta febris, et symptoma remittant, ut legimus contigisse Gal: 5.o lib: 9.o meth: cap: Sectione 6.a; ni fallor, in principio febrium Synocharum se usum fuisse hac euacuatione copiosa, et febres ipsas euacuasse; 2.a limitatio est, nisi febres salubres mutent et transeant ad insalubres; quia tunc febres non possunt habere quatuor tempora; transeunt autem ad insalubres aliquando in principio, et in augmento, si in principio, hinc potest contingere initius, et sic febris unicum tantum tempus habebit; Si verò transitus iste ad insalubritatem fiet in augmento, in illo pariter contingere potest initius; unde febris tunc tantum duo habebit tempora; Verum si neque in principio, neq: in augmento contingit initius, necess.o debet dari in statu, quia

tunc apparent signa exitialia, quæ necesse pronuntiant mortem, et tunc febres tria tantum tempora habent.

Si uero loquamur de temporibus desumptis ab essentia febris, et a simptomatibus, et de febribus insalubribus, talis est constituenda conclusio, quod in ijs febribus dentur tantum tria tempora; et ratio est, quia in ijs non datur declinatio, et cum in febribus insalubribus contingat infirmitas; non potest iste in declinatione contingere, ut docuit Gal. 3.o de Crisibus 5.o; Quod autem febres insalubres tria tantum habeant tempora, hoc docuit Gal. lib. de morborum temporibus 3.o et 4.o 3.o de Crisibus cap. 6.o Præterea sensus iste hanc euacuationem confirmat, quia uidemus in his febribus insalubribus febres et simptomata incipere, augeri, eundem statum seruare, quo tempore necesse infirmitas contingit.

Hæc conclusio parum est intelligenda cum duobus limitationibus; 1.a est, nisi contingat febre insalubre mutari ad salubre; tunc enim sicut salubris quatuor habet tempora, ita et hæc.

Quod febres insalubres possint mutari ad salubres patet exemplo illarum febrium, quæ dicunt pestilentes, in quibus apparent maculæ in cute, siue morbilli; Hæc enim cum sint insalubres aliquando mutantur ad salubres. Hæc mutatio ad salutem fit in augmento, non in principio, quia tunc tales febres sunt insalubres, non in statu, quia in statu febrium insalubrium necesse Mors contingit; quare hæc mutatio fit in augmento, et hac facta superata materia, et sic fit status; superata autem et euicta ipsa materia aduenit declinatio, et ita hæ febres habent quatuor tempora.

Secunda limitatio est, nisi supervenerit infitus, vel in principio, vel in augmento docet Gal: 2.do de Crisibus cap: 6.o; quamvis diversa vone in utrog:, nam in principio contingit infitus, cum materia adeo multa est, ut natura non possit eius concoctionem agredi, vel est adeo mala qualitate predita, ut natura non audeat agredi eius concoctionem; In augmento vero et statu, si contingit infitus, in ijs febribus insalubribus hoc fit ob vehementiam ipsius febris, et symptomatum, quae adeo saeva sunt, ut ea virtus non possit servare; Dubitat autem nam in principio videtur, quod infitus non possit contingere, ut habemus ex Gal: 1.o Aphor: 12.o, et ratio est, quia in principio non apparent signa lethalia; Ulterius, quia in principio febrium omnia sunt imbecillioria ex Hippo: 2.o Aphor: 38, quare ab his virtus non potest superveni, et consequens in principio non potevit dari infitus.

Resolutio hac dubitatio ab ipso Gal: qui statuit duplex dari principium, unum scilicet est illud, quod servat totum illum gradum, quem habuerint febres in 1.a invasione, et hoc a Gal: ipso dicitur principium artificiale. 2.o modo sumitur principium pro 1.a invasione febris, sive pro 1.o motu insultus, quod appellatur principium vulgare; Si de 1.o, hoc est de principio artificiali sermonem habemus, utig: affirmandum est in principio posse dari signa lethalia, et posse contingere infitus; si vero loquamur de principio vulgari, quod est 2.um, utig: affirmandum venit, quod in eo non possint apparere signa lethalia, et consequens neg: dari posse infitus, et de hoc principio loquebatur Gal: 1.o Aphor: 12.o. 2.a Dubitationi Respondendum, quod licet in principio

febres, et simptomata sint debiliora, tamen potest dari initius non rona ipsorum, sed rone uel multitudinis, uel grauę qualitatis; Vel dicendum, quod cum Hippo: dicit in principio omnia esse imbecilliora, tunc non loqui absolute, sed respectu ipsius status, cuius signum est, quod subdit in statu omnia fortia; Verum quamuis hęc sint respectu status debiliora, sunt tamen in se adeo ualida, ut possint uirtutem superare; 3.a Conclusio attinet ad tempora desumpta a materia, et ad febres sa: lubres materiales tantum, quia tempora a materia desumpta in febribus tantum materialibus reperiuntur. Hęc autem talis est, nimirum, quod in febribus sa: lubribus tempora a materia desumpta sint quatuor, principium, Augmentum, status, et Declinatio; Hanc con: clusionem posuit Gal: lib: de totius morbi temporibus cap: 3.o, et Auic: in cap: 3.o, ubi tradit signa separantia talia tempora; Sensus preterea hanc confir: mat, quia uidemus in febribus naturam, uel non agere in materiam, uel debilius agere, et tunc apparent signa uel cruditatis, uel obscure concoctionis, quę de: monstrant ipsum principium; uidemus mox naturam ma: nifeste agere in materiam, et tunc apparent signa manifestę concoctionis, quę indicant augmentum; In: super uidemus naturam perfecte agere in Materiam, et tunc apparent signa perfectę concoctionis, quę in: dicant statum; tandem separata, et eiecta materia ap: paret Declinatio, neq: hęc quatuor tempora possunt prohiberi a Medico, uel a natura euacuante, ut: dictum est de temporibus febrium desumptis ab essentia, et a simptomatibus, quia materię euacuatione non gliben

utiq: tamen euacuatione tempora hęc possunt abbreuiari, quia facta euacuatione, uel á natura, uel á Medico, materia imminuit; hęc autem imminuta citius concoquit, et ideó citius aduenium, et pertranseunt tempora.

Hęc Conclusio ut uerificet hac eget conclusione, uel ut melius dicat limitatione, scilicet nisi contingat, quod febres salubres transeant á insalubres, quia hoc dato, sicut febres insalubres tria tantum habent tempora, ita et tales febres.

Quod possint mutari febres salubres á insalubres clarum est, et uoné confirmat, quia materia, quę prius nulla qualitate mala erat affecta, prauam inficit, quod contingit ob multitudinem materię, quę tanta est, ut non possit á natura superari, quandoq: etiam ob errores comissos ab astantibus, ab egro, uel á Medicis.

4.a Conclusio pertinet ad tempora á materia desumpta, et respicit febres insalubres; pertinet ad tempora á materia desumpta, et respicit febres insalubres materiales, quę talis est. Febres Insalubres tria habent tempora desumpta á materia, scilicet principium, augmentum et status, declinatio uero non, cum hac careant istę febres, ut habemus ex Gal: 3.o de Crisibus cap: 3.o, et ratio est, quia in istis febribus solet contingere interitus, at in declinatione mors non potest contingere. Hęc tria tempora has febres insalubres habere docuit Gal: 3.o de Crisibus 6.o; hoc idem Auic: cap: 3.o, ubi omissa declinatione docet, quod unumquodq: horum temporum sit, et in cap: 4.o tradit signa, quibus inuicem separantur hęc tria tempora in febribus insalubribus.

Dari hæc tria tempora in febribus insalubribus sensus confirmat, siquidem videmus in eis apparere signa cruditatis, aut obscuræ corruptionis, quæ principium indicat, mox videmus apparere signa manifestæ corruptionis, quæ indicat augmentum, deinde apparere signa perfectæ corruptionis, quæ status indicat. Verum hæc contio cum dictis limitationibus est intelligenda: 1.o nisi contingat febres insalubres mutari in salubres, cum enim hoc fit, ut salubres habent quatuor tempora desumpta à Materia; ita et insalubres; 2.o limitatio nisi supervenient initius, aut in principio, aut in augmento.

Ad 2.am difficultatem est deveniendum, quæ et ipsa attinet à tempora universalia, dictum enim est, quod tempora universalia à tribus desumuntur, ab essentia febris, à sijmptomatibus et à Materia; hinc modo orirj dubitatio, an hæc tempora simul coincidant, ita ut existentibus temporibus ab essentia febris existant etiam tempora desumpta à sijmptomatibus et à materia patiente febre.

Resolutio præsentis difficultatis sic habet; si loquimur de temporibus desumptis ab essentia morbi, et à sijmptomatibus, dicendum erit, quod hæc tempora coincidant, ita ut existentibus temporibus desumptis ab essentia, existunt etiam tempora desumpta à sijmptomatibus; et ratio est, quia sijmptomata lib: de diffis sijmptomatum cap: 1.o morbum sequuntur ut umbra corpus, quare existentibus temporibus desumptis ab essentia febris, quæ morbus est, evenient etiam tempora desumpta à sijmptomatibus.

Maior tamen difficultas insurgit, an scilicet tempora

á materia desumpta concidant cum temporibus desumptis ab essentia febris, et á symptomatibus. Cui difficultati sic respondere debemus, quod ut pluvimum coincidunt, aliquando autem non, ut pluvimum cum in febribus tempora desumpta ab essentia, et á symptomatibus sequuntur motum naturæ in materia, quod sequuntur et tempora desumpta á materia. Primum patet, nam cum natura debilis agit in Materiam incipit febris et symptoma, et ita est principium essentiæ febris, et symptomatum; cum manifeste agit in Materiam augetur febris et symptoma, et tunc est augmentum; cum vero perfecte agit in Materiam, statum servant, hoc est æqualis in gradu febris, et symptomatum, et tunc est status, cum denique desinit natura agere in Materiam, febris et symptoma infremittunt, et fit declinatio. Quod vero eundem motum naturæ in Materiam sequantur tempora desumpta á Materia clarum est, et nulla eget declaratione; quando vero non coincidunt, nam in febribus tempora aliquando desumpta ab essentia febris, et symptomatibus non sequuntur motum naturæ in Materiam. Sequuntur Materiæ evacuationem, et tunc non possunt coincidere cum temporibus desumptis á Materia, quia tempora á Materia desumpta ipsum sequuntur motum naturæ in Materiam.

Quod autem dicit huiusmodi febres, in quibus tempora desumpta á materia non sequantur essentiam morbi, et symptomatum, patet, nam dant febres, in quibus natura in principio, vel in augmento evacuationem facit materiæ, ut contingit in febribus pestilentibus, et facta evacuatione remittit febris, et symptoma; unde

postea aduenit declinatio quoad essentiam febris et
symptomatum, et tamen tunc non est declinatio á Mate:
ria desumpta, quia quod reliquum est materiæ, adhuc
non est concoctum.
Cum in febribus tempora desumpta ab essentia et á sym:
ptomatibus coincidant cum temporibus desumptis á mole
naturæ sin materiam apparantis, Hoc est á concocti:
one materiæ dubitatur in instituendo victu, quæ tem:
pora debeant necessario observari; non secundum tem:
porum diuersitatem victus debet variari ex Hippo:
1.º Aphor: 10.º; immo et secundum ætatum diuersitatem
uel ultimum auxiliis euacuantibus, uel ultimum ex
eodem 1.º Aphor: 22.; et 2.º Aphor: 29.
Pro quorum resolutione nunc dicendum uenit, quod uel
loquimur de victu instituendo, uel de Medicamentis eua:
cuantibus administrandis; si 1.º dicendum est, quod
aliquando sunt magis observanda tempora á Materia
desumpta, aliquando uero ab essentia, et á sympto:
matibus, cum enim multa est magis observanda sunt
tempora á materia desumpta, quia multa materia
egel tota uirtute ut concoquat; Quare indicatione
desumpta á materiæ concoctione, paucis est utendum
alimentis, ne uirtus á concoctione distrahat; uerum
Gal: ad hos respiciens in lib: 9.º Meth: medendi 4.º c.º;
ubi loquitur de febre Synocha, qua febre tota est decli:
natio desumpta ab essentia febris, et á symptomatibus
indicatione neglecta, quia materia est multa in
ea febre tenuissimo utitur victu; cum uero Materia
est pauca, magis sunt attendenda tempora desumpta
ab essentia febris, et á Symptomatibus, quia Materia

pauca facile concoquit; unde in febribus pestilentibus, in quibus natura euacuat, uel in principio, uel in augmento, et facta euacuatione, febris, et simptoma remittunt, sicq: Medici neglecta materia concoquenda, quae pauca est, augent Alimentum.

Si uero nos loquimur de auxiliis euacuationum administrandis; uel loquimur de sanguinis missione, uel de purgatione; si de sanguinis missione magis sunt attendenda tempora desumpta ab essentia febris, et a simptomatibus; quia scopi indicantes sanguinis missionem, sunt morbi magnitudo, et uirtus, quae magis, uel minus debilitat; 2° quia febris et simptoma debiliora et calidiora sunt, et hoc uoluit innuere Hippo: 2° Aphor: 29 et 30, cum dicebat in principio esse utendum sanguinis euacuatione, et non in statu, quia in principio morbus et simptoma sunt debiliora, in statu uero fortiora.

Si autem nos loquimur de purgatione dicendum, quod magis sunt attendenda tempora a materiae concoctione, quia id, quod spectat ad Medicos in purgatione facienda est materiae cocto; ut docuit Hippo: 2° Aphor: 22, cum dicebat concoctam.

Quod superest modo tractandum pro huius tractatus complemento duo sunt. Dum est, An tempora particularia sint tantum duo? 2um an omnes circuitus particulares habeant haec quatuor tempora particularia.

Ad 1um uel loquimur de temporibus particularibus accessionum, uel circuitum, non et Accessiones et Circuitus habent tempora particularia ex Gal: 1° Aphor: iii°.

Si loquimur de temporibus particularibus accessionum

dicendum est, quod tempora particularia accessionum sunt tantum tria, Principium, Augmentum et Status ex Gal: 9.o Aphor: 11.o; si uero loquimur de Circuitum temporibus, dicendum est esse quatuor, principium & ex Gal: eodem loco, ubi ait, quod Circuitus duas habet partes, una dicit accessio, altera remissio; Accessio tria habet tempora, nempe principium, Augmentum, et Status; Remissio uero unum tantum tempus, hoc est declinationem.

Dubitat tamen ex Gal: qui lib: de morborum temporibus cap: 4.o et 5.o, quod tempora particularia sint sex, Nimirum principium, Inaequalitas, Aequalitas, Status, Declinatio seu remissio, et Integritas; Ut hanc dubitationem resoluamus dicendum, quod nos uel loquimur tantum de temporibus particularibus, uel etiam de partibus ipsorum temporum; si de temporibus tantum dicendum est 4.or esse tantum tempora; si uero de partibus dicendum est 6 esse, quia augmentum in duas diuidit partes, et etiam declinatio; et hoc est quod uoluit Gal: loco citato.

Quod 2.um dicendum est, quod omnes Circuitus in febribus facti 4.or habent tempora, nisi contingat Morus, uel in principio, uel in augmento, uel in statu; Clarum enim est, quod si Morus contingat uno horum trium Circuitus non habebit 4.or tempora; Quod uero in his temporibus particularibus possit contingere Morus docet hic Gal: 3.o de Crisibus cap: 9.o, ubi dicit morbum posse contingere in 4.or temporibus particularibus In principio scilicet, Augmento, Statu, et Declinatione particulari; et subdit, quod frequentius

mors contingit in principio, Augmento, et Statu; In declinatione varius; in ipso augmento, et in principio contingit Mors, cum febris pendet ab inflammatione alicuius Membri principalis, quia in principio omnia recurrunt ad interiora, unde fieri potest, ut inflammatio plurimum augeat, et spiritus via et transitus obstruat, et cum hoc contingit Mors sequitur.

In Declinatione vero Mors contingit, cum Virtus est valde imbecillis, quia in Declinatione particulari habitus Corporis laxatur, qui in alijs temporibus erat quodammodo unitus, et compressus, et cum habitus Corporis laxatur fieri facile potest, ut Virtus valde imbecillis resoluatur, et contingat interitus.

In Statu vero particulari evenit Mors ob vehementiam febris, et Symptomatum, quæ adeo sæua sunt, ut virtus ea non possit sperare; Quod si contingat Mors in augmento ea vona contingit, qua diximus fieri in statu, et quia varo accidit, ut morbus et symptoma ita sint sæua in augmento, ut virtus sperare non possit, ideo dixit Gal: varo contingere mortem in augmento; Alq: hæc hactenus de febribus, ac eorum temporibus in genere sint dicta ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei, Beatæq: Mariæ Semper Virginis sine labe Conceptæ, et Omnium Sanctorum Protec: torum Meorum.

COMPENDIVM ANATOMICVM DICTATVM AB EXCELLENTISSIMO DOMINO DOCTORE MINVTILIO NEAPOLITANO IN REGIIS TICINI SCHOLIS

Anno 1110 Mense Februarij Die 1.

De Subto Anatomes

Anatomes nostra Ætate secus ac priscis seculis medicis fere solus demandata videt; et cum omnes observationes ad humanum Corpus dirigant; hoc quoq: Anatomes subtus unanimi consensu constituunt; Quod ex eo dubitant cognitionem illius Corporis, que ex partium situ, connexione, figura, Magnitudine habet, haurire satagant. In Genere Corpora sana sunt, vel Morbosa, dum partes partium Constitutiones perscrutari conamur, illa plerumq: postulant. Hinc videntur Morbi previsse necesse est.

Sanorum porro Corporum plures adhuc sunt differentiæ partim à sexu, partim ab ætate, partim à quantitate & qualitate desumpte; prone Sexus Masculorum et Fœmellarum Sectio instituenda, ut discrimen sexus, partium genitalium habeat; prone ætatis Cadaueva Iuuenum ætate florentium aptissima sunt, quoniam nimia humiditate non diffluunt ut Infantes, neq: etiam exsucci sunt, aut exanques, uti Senes; prone quantitatis Maiora et Fœminora Corpora seligenda, in quibus Minutæ Corporis partes distinctius cernantur, non in maioribus ex Proportionis regula omnia Maiora. prone Qualitatis à multis obesum Corpus attendit; Mihi autem Macilentum Corpus magis secare placet, modo non sit penitus emaciatum, ut omni benigno succo careat.

Liber I.us de Corporis Diuisione.

Diuidit Generalis Corpus in tres partes, idest in Caput, et Animalis Regio uocat; In pectus, et Uitalis regio dicit; et In Abdomen, et regio naturalis nominat. Ab hac ultima tantum magis corruptibili initium faciemus. Diuidit nanq: hæc ultima regio in tres partes, scilicet supremam, mediam, et infimam.

Suprema Regio superne circumscribit Diaphragma, Inferne linea ab inferiori extremitate Costarum Spuriarum; a latere ad latus transuersa ducta, ita tamen ut circa eius medium lineam nihil sursum arcuet, ut debita latitudinem concedat regioni Ombilicali; Regio hæc Græce Epigastrion dicit.

Partes laterales huius regionis dicunt hypocondria quæ duo sunt, dexterum et sinisterum. Dexterum continet Maiorem et Crassiorem Hepatis partem. Sinisterum continet lienem, sinistram eminentiam ventriculi, sinistram partem Pancreatis, partemq: omenti.

Media abdominis regio dicit Ombilicalis, et spatium occupat tres circiter, uel quatuor pollices ab Ombilico, cuius centrum ipse ombelicus est; Epigastrium contra Laurentium lateralem partem Ombilicalis regioni concessit, quæ Nomine carent, nisi uelit quis eas eodem Laurentio lombares uocare, sed hæc denominatio potius posterior, quam anterior parti conuenit, Melius est cum Celissonio

Epigastricas illas appellare, quia sicuti
~~pars~~ ca superna Regio Epigastrium dicitur, a Ventriculo, quem continet, ille, pariter similiter Epicoeca Nominantur
a Colon, quod Complectitur. ~
Infima Abdominis regio dicitur Hypogastrium;
describitur superne ab infima parte regionis Umbilicalis; inferne Circonscribitur ab osse Pubis inguinibus, et linea ducta ad superiores spinas Ilij.

Sectio D.a

De Integumentis Communibus et 1.o De Cuticula. ~

Misce parvulis premissis de corporis divisione, nunc ad Corporis Universalem partem considerandas Integumenta, quae totum Corpus ambiunt, et in duplicia est in Cutanea; Partes Cutaneae sunt Cuticula, Cutis, Panniculus Carnosus et Membrana adiposa.
Cuticula Graece Epidermis, quod idem sonat, ac superior Cutis; Regulata pars, sive Complementum totius Cutis, sine qua imperfecta foret. Ad Cuticulae generationem faciendam nonnulli Calori, alii frigori, plurimi siccitati, et alii humiditati adscribunt, neque nulla harum causarum eius adequate Productioni respondent, Cernimus enim in Anguillis, aliisque piscibus absque Calore actuali, nec siccitate generantibus, et pluribus Lamina regenerandae Cuticulae deserviunt, et infantes in utero Matris cuticulam habent; neque Causae Generationis huius partis sunt Materia aptae dispositae, et efficiens; Materia huic operi idonea, est Mollis,

subuica, mitis; omnis acrimonie expers; quale est oui albumen; causę hanc materiam suppeditant; ley sunt capillares nerueorum extremitates, quę in exterioni superficie cutis terminantur.

Sectio 2da

De Cute Uera.

Hactenus estimam totius partem descripsimus, sequitur eiusdem pars 1a et principalis, quę uera cutis nominatur; componitur ex tenuis Arteriis, nerueis, et nonnullis extremitatibus Vasorum lymphaticorum fibris, et Musculari substantia. Fibra autem et substantia muscularis ipsam cutim componunt, concurrunt autem alię partes, sed non ad ueram compositionem; porros in se continet, ad hoc ut interne partes transpirare possint; Qua coniectura dixit Sandorius Sandorius maiorem esse insensibilem transpirationem, quę per cutis poros habetur, quam omnes sensibiles euacuationes observatione.

Per Microscopium facta.

Prisci Anatomici panniculum carnosum, siue carnosam membranam observarunt; sed ueuera membrana non est, cum sit musculus expansus uelut membrana, et cutis membrana non observatur, eius ulteriori descriptioni frustra immoramur; membrana adiposa aliud non est, quam multę cellulę, ubi pinguedo continetur, eodem pene modo, quo succus nutrantium, uel chimorum in canibatibus membranosis suum pulpę includitur; eius usus est musculos uicinos

humectare ut Motui inseruiant, et ad Aetatis Viscerum internorum, sicut etiam Nutritionem tempore inedie.

Secto 3a

De Musculis Abdominis.

Absolutis iam Universalibus Corporis partibus in ab inferioris hentris regione initium faciemus, cum Contineat partes magis corruptioni Subiectas.

Abdominis Musculi ab alijs octo, ab alijs decem Numerant; Verum Vissa Quenit, quia pyramidales musculi in multis non inueniunt, sed tantum obliqui descendentes, obliqui ascendentes recti et transuersales, unde facto commodo, cum duo in unoquoq: latere sint, ubi pyramidales inueniunt sunt decem, ubi deficiunt sunt octo.

Obliquus descendens uocatur alij externus, quia in parte externa hominis immediate sub integumentis Communibus descendit oblique; ortum habet a superiori parte Thoracis que angulum Musculi Maioris, et Connectitur cum principijs Carnosis, et dentatis, Musculi Serrati Maioris partis anterioris, et cum tendine membranoso linea, candida, siue alba; que linea in parte media, et anteriori Abdominis currit incipiens a Cartilagine Ensiformi, et extenditur usq: ad Pubim; in parte superiori Umbilicalis Ima est a instar digiti; In parte autem

inferiori magis angustata; Linea Candida, sive alba formata ab ultimis partibus tendinosis Musculorum, quæ albæ sunt, et ideo alba denominatur. excepitis partibus Musculorum rectorum, et pyramidalium, quæ non sunt albæ.

Musculi obliqui ascendentes similiter triplicem originem agnoscunt; 1.o carneam, ab ossis illij apenice; 2.do nervosam á vertebris ossis sacri, et á processibus vertebrarum lombalium; 3.um item carneam ab inferiori vertebra, et á costis 11.a et 12.a.

Musculi pyramidales á Fallopio 1.o eorum inventore succenturiati dicti; carnem ortum habent ab externo pubis osse in suá processu pyloneri, et in exteriori parte inserunt recti, et sensim minuunt donec in tendinem conicum terminantur, et ob id pyramidales dicuntur.

Musculi transversales primum locum sibi invendicant, quatenus enim recti respectu situs ijs exteriores dicantur, et illorum tendines sibi subservatas habent; Oriuntur triplices ortum habent; supremum ab Inferioribus partibus costarum Notharum; Medium á transversis processibus vertebrarum lombarium; Infimum ex tota spina ossis Illij.

Musculi recti ab infimis cartilaginibus costarum verarum carneo principio orti recti descendunt ad latiorem sedem ossis pubis; Hi Musculi ob magnam longitudinem, moderatam, et æqualem latitudinem, et exilem crassitiem

habentes fascijs conjungunt; Verum in hisce sectionibus quibusdam nervuis disgundunt, et ut plurimum tribus, quas Natura dedit ob maiorem firmitudinem.

Notandum id est pro quinque Musculorum paria hactenus descripta, huc etiam spectare Diaphragma, quod supremam huius cavitatis regionem superne clausit; Verum quia eius speculatio magis respicit mediam cavitatem; eam totius descriptio rejicienda est; supersunt hic Musculorum horum usus, qui duidunt in generales, et particulares; 1.um Usus est aequabili quadam compressione partes in abdomine contentas undique constrictas; 2.um est Viscera comprimere, et cum Diaphragmatis compressione expulsionem fecium, et Urinae et Mulieres parturientes adiuvare; particularis usus est ad deprimendum thoracem in forti respiratione; Unde infertur hos Musculos destinatos esse pro enervatos usus ad respirationem.

Denique Musculi Venas et Arterias recipiunt ab intercostalibus, et ab Hypogastricis.

Sectio 4.a

De Peritoneo.

Peritoneum est Membrana intime alligata Musculis ventris, dorsi, et Diaphragmatis; ex parte qua alligat his Musculis Propias habet fibras, ut ipsos Musculis alliget; ex parte vero qua viscera tangit sinigata membrana est. Duplici componitur Membrana; exterior

longas cum Vasis Spermaticis usq: ad Testes, et in hac Ductione Mulierum intestina cadunt, et fit Hernia. ~

Peritonei usus est, omnes ventris inferioris partes includere, et unicuiq: suas præstare tunicas. ~

Sectio 5a
De Vasis Ombilicalibus.

Quatuor sunt Vasa Ombilicalia, nempe una vena geminæ arteriæ, et Vracus; sunt instrumenta, quibus Nutrit infans in Utero Matris; Vena Ombilicalis oritur ex Hepate, et Peritonei Duplicatura pertinens in placentam Uteri inserit, ubi Sanguis depuratur, et Uteri Hepar Nutrit. Vracus inservit expulsioni Serositatis, ad hoc ut fetus non afficiant, duo superflua sunt, quæ in Membranas amnios et Chorion continent, donec tempore partus excludant; Origo est a vesica urinaria, et Peritonei duplicatus ascendens format canalem, qui in Ombilicum inserit; duæ Arteriæ a vasis illiacis descendentes ad Ombilici foramen vehe inserunt, et ex ipsarum sanguine fetus nutrit; talia vasa post fetus exclusionem degenerant in ligamenta et deservient ad suspensorijs Hepatis et Vesicæ. ~

Sectio 6a
De Omento.

Omentum componit ex duplici membrana quæ membranæ tenuissimæ sunt, earum ortus diuersimodè habet à peritoneo, mesenterio, diaphragmate, ventriculo et spina; nectit intestinis crassis, lyenti, et mesenterio; et diuidit in alas anteriores et posteriores; expandit autem hæc membrana instar marsupij aucupaij, in cuius cauitate ex aliquibus partes spiritus continent; Fabricius ab aqua pendente sudes statuit esse credidit, quibus torquent hippocratiaci; et dictæ membranæ excurrunt venæ et arteriæ quæ à ventriculi fundo et præcipuè à liene origine ducunt, istæ totum omenti capacitatem ramificant, et ramis inuicem unitis spatia efformant. Ad lævam vasorum circumfluit copiosa pinguedo; hæc uno ore seu credit ex oleosa sanguinis substantia, quæ in omento inuenit; Marcellus Malpighi duos canales dixit habere pinguedinis in omento, quæ simul cum ductibus sanguineis deferuntur et hi canales à ventriculo et liene originem habent, et oleosa ista substantia à ventriculo communicat.

Ex Aristotelis et Galeni dictis, omentum tenuibus componit membranis, ut innatam caliditatem includerent, qua incalescerent intestina, et ventriculi fundus, undè in huiusmodi confirmatione recitat à Galeno gladiatoris historia huic exempto ex velnere omento frigiditatem in abdomine sentiebat; et qua arcenda sana uentres fouere cogebat; cui autem opponit Riolanus, cum multos dissecuisset,

quibus exempto omento nihil detrimenti in Cochione contigit. Quare potius dicendum deservire Omentum ad abstinendas fibras intestinorum, et Ventriculi, et ad retondendas acrimonias humorum contentorum in glandulis eorundem; et fungitur eodem officio, quo fungitur pinguedo in sanguine, quia sua oleositate compescit eiusdem sanguinis effervescentiam, unde quibus deficit Omentum, ut observavit Bartolinus in Phthisim, Catarrhus, et Dientarias, sepe incidunt. et nos quotidie observamus gracilis destillationibus satis, et phthisi esse subiectos.

Sectio 1a
De Ventriculo, Intestinis, et Mesenterio.

Ventriculus aliud non est, quam Oesophagi dilatatio, qui incipit immediate sub diaphragmate, situm habet in regione Ventris inferioris, que dicitur Epigastrium. Cuius figura assimilari potest Bursae Pastoris, cuius compositio est secundum antiquorum diuisionem, partim dissimilarium et similarium; similares sunt tunicae, et vasa; Tunicae seu Membranae sunt tres; Una communis, quae originem habet a Peritoneo, et duae propriae; ita et interna tota nervosa est, et Mucositate quadam cooperitur ad hoc, ut ab acrimonia, et durities Alimentorum non offendat; sub hac Mucositate inveniuntur quasi infinitae parvae Glandulae, quae videntur aliae

formare tunicas plenas nervis, venis, et arteriis, et omnibus his glandulis vasa vasorum desinunt; et quia tunica hæc multus amplior est aliis, multiplicatas habet plicaturas, in quibus facile est post digestionem aliquas alimentorum portiones manere.

2da tunica quia locus habet intra externa et interna, compositus duobus ordinibus fibrarum carnosarum, et aliæ sunt directæ, quæ ab uno ad alium orificium ire videntur, et aliæ circulares, quæ stomachum ex omni parte involuunt; et sic natura illas fabre fecit, et facilior sit motus ventriculi ad cibos expellendos, dum cocti sunt.

Tunica exterior ex omni parte totum cooperit ventriculum, et ramificationes vasorum ventriculi substinet; omnes ventriculi venæ, origines habent a vena porta, et gastricæ nominantur; arteriæ a celiaca, et tanti sunt arteriæ rami, quanti venæ; ab 8o pari nervorum duo bronchia considerabilia plexus formant supra orificium superius ventriculi, et distribuuntur omnes tunicas; intercostalis ramus nervos parti gibbæ ventriculi tribuit.

Partes dissimilares ventriculi sunt duo orificia et fundus; orificium superius est illud, ~~ubi~~ venæ ibi ingrediuntur, et magis latum est inferiori; multi dixerunt habere musculum sphincter, quod falsum est, cum diaphragma sphincteris officio fungatur; orificium inferius ita nominatur,

sed Mala, cum sit in eodem pari, ac Superius; tamen hoc usi sunt termino Antiqui, quia Cibi per hanc Partem suum habent Exitum; Hoc Orificium vocat Pylorus, et Magis angustum est, a hoc ut Alimenta non habeant Liberum transitum, antequam digesta sint et Cocta, Olmontius pylorum sedem animæ esse dixit, unde Corporis actiones universaliter regulant, et Nomen dedit Archeum.

Ventriculi usus est Alimenta concoquere; Antiqui Multi facultatem digestivam; alij actum et Naturæ Calorem, alij Lienis Melancolicum Succum cibos concoquere, quod falsum est, Excludendo etiam somniatas facultates, quæ nihil exprimunt, quia Calor non potest esse Causa Cochionis, cum Multa Animalia et præsertim pisces Calorem non habent, et Cibos digerunt; Chymia tandem doct dicimus ultra Salivam, quæ cochioni ciborum inservit esse in Ventriculo succum quoddam subacidum, qui in Glandulis Ventriculi supra descriptis continet et Cochioni, sive digestioni ciborum inservit.

Cognitum etiam fuit antiquis in digestione fieri in ore, sed Causam huius effectus dicebant esse trituationem, non Considerabant Salivam, quæ est in Causa fermentationis ciborum, quæ solam non sufficit, cum quida Natura alios suministravit succos, qui habent a Stomacho; Unus separat a Sanguinis Massa, et Alter a Nervis; unde concludimus omnes istos 4 humores concurrere ad ciborum digestionem; et ut facilius intelligatis,

utemur exemplo solutionis Argenti, quæ habet mediante aqua regia; Cæ ponamus uncias argenti in Vasa redacta in Minutissimas partes, et postea superaffundamus binas Uncias aquæ fortis, post aliquas horas videbimus argentum totaliter solutum, quod succedit; quia partes aquæ fortis intime ingrediunt in partes argenti, et sic succedit continuus motus, usq: quo argentum sit bene solutum; sic Alimenta penetrant a supra descriptis liquoribus, qui separant, et diuidunt Alimenta, sicut aqua fortis argentum; Si autem Uas cineribus calidis aspersum, celerior habebit Argenti dissolutio; a pari, concurrit Calor ad digestionem, ut i.e. et fase, su sicuti causa diuuans, qui diuuat et auget fermentationis uires, et sic citius habebit digestio, et si Argentum in minutissimum puluerem redigat, citissime habebit eius dissolutio et a pari, cum Cibi optime mastricati facilius digerunt.

Intestina sua sortiunt Nomina a partibus, ubi sita sunt; tribus componunt tunicis, una a peritoneo, alia propria, et altera, quæ origine ducit a tunica interna Ventriculi; Ista tunica interna, quæ a intestina fert, componit ex extremitatibus Vasorum, ex quibus format una pars, quæ vocat Vasculosa; Thomas Willisius multas ~~[illegible]~~ glandulas in hac tunica cognouit, et uocant Glandulæ miliares intestinorum, quæ diuuant separationem Chili a fecibus. Interna Membrana cooperit a Mucositate quadam, quæ uelut crusta format; habet multas plicaturas, et in Intestinis tenuibus cir

culos habet, ad hoc ut retineant excrementa et Cibus; Inueniunt in Intestinis Nerui, Venæ, Arteriæ, Vasa lactea, et Lymphatica; Venæ intestinorum origines habent à ramis venæ portæ, et vocantur Mesentericæ; Nerui ab intercostalibus, et Arteriæ à Coliaca.

Diuiduntur Intestina in tenuia et Crassa; Tenuia situs habent in Ventris Centro, scilicet in regione Ombilicali, et Crassa in Ventris Circonferentia. Licet Omnia Intestina in unum reduci possint, retinebimus tamen antiquorum diuisionem in tria tenuia, et tria Crassa; Tenuia sunt Duodenum, Ieiunum, et Ileon; Tria Crassa, idest Cæcum, Colon, et Rectum; 1um tenuium dicit Duodenum ob longitudinem 12 digitorum; in sua Cauitate, duos recipit Canales, scilicet Hidoeum, et Pancreaticum; 2dum dicit Ieiunum, quia ut plurimum vacuum observatur, quod euenit ab acrimonia bilis, quæ multa in hoc intestino exonerantur; Cuius longitudo est circiter 12 palmorum, et situs habet in parte superiori Ombilici; 3um et Ultimum Intestinorum tenuium est Ileon, quod principium habet a Ieiuno, et longum est circiter 20 palmorum, ubi Nodus, sive Iliaca passio formatur, et cadens in Inguinibus, uel in Scroto Ernias parit. 1um Crassorum intestinorum dicit Cæcum, sic nominatum, quia unicum habet introitum, et non exitum, et bursæ assimilatur; Colon est Magis latum, et suas habet longitudines circa quatuor, uel quinque palmos, Hauo dicit Alvo, quia Vesicam gestat

tangit. In principio huius Intestini valvula observatur, quae omnibus ingressum fecit, et non regressum, et in hoc Intestino Colica passio, et Dolores Colici formantur. Ultimum est Intestinum rectum, et sic dicitur, quia recte descendit absque ulla circumductione; In sua extremitate tres habet Musculos, unus dicitur Sphincter, qui janitoris officio fungitur, alij duo elevatores dicuntur.

Omnia intestina simul alligantur a dura et crassa membrana, quae Mesenterium dicitur; cuius venae Multas habent Anastomoses; habet etiam alios canales, qui in cadaveribus non videntur, et lacteae venae nominantur; Disparduntur ha venae per Intestina, et uniuntur ad vesiculam Chili.

Mesenterium ita dicitur, quia mediat inter Intestina, cum autem ex antedictis, alia sint tenuia, alia crassa; id circo Antiquiores Anatomici Mesenterium diviserunt, in Mesaraeum, quod tenuia Intestina ligat, et Mesocolon, quod crassa; Quare Mesenterium aliud non est, nisi vinculum Intestinorum, et ex Multis Vasis, et nervis plexus Mesaraicus efformatur, et ex huius partis irritatione convulsiones, sive Spasimi succedunt, ut continuo observatur in hypocondriacis; Multae etiam glandulae observantur, et in illis humor continetur, qui ad diluendum Chilum inservit, et cum Mucositates apponuntur, obstructiones parivunt, et duritiem in venere inferiori observatur; venae lacteae inveniuntur, et illarum Auctor fuit Gaspar Asellius.

Sectio 8a
De Liene et Pancreate.

Lien vesc habet in Hypocondrio sinistro, et partim cohoperit á Ventriculo, partim ab intestino Colon, et á Cartilaginibus Costarum Nhotarum; videri non potest, neq: etiam nativis observari potest, nisi postquam omnia alia Viscera removeantur; quando autem in statu Morboso excedit transit ultra Cartilagines, et tangi potest; Cuius figura oblonga est et plana, et assimilatur linguae bovis; Alligatur hoc Viscus Diaphragmati intestino Colon, Omento, et Renis sinistra, mediante peritoneo.

Partes, quae Lienem componunt sunt suae Propriae membranae, sua Vasa, Propria Substantia, et eius: dem fibrae; Membranae duae sunt; Una Communis et exterior, quae Multum dura est, et cum peritoneo continuatur; Haec Membrana Cohoperit ex omni parte Lienem; ubi non alligatur; Haec Membrana Venas, et Arterias á Splenicis recipit. Et in suis venis mixta observantur Vasa lymphatica, quae á Federico Reich descriptae sunt; 2da Membrana Propria inuestit Lienem in tota eius circonferentia; et solum Porosa est in loco, ubi Vasa introducuntur, et magis porosa est, quam ita.

Propriae Lienis Substantiae Antiqui dixerunt esse Congelatum Sanguinem; Qui replet Spatia inter Vasa; quam opinionem Marcellus Malpighi falsam asserunt; cum idem observauerit

Ipsius Lienis substantia esse ipsamet Membranulas cellulosas Glandulis plenas, et Veri in anaqua; cellulas sex vel septem Glandulas observant. Vena porta originem dat Venæ Lienis, quæ vocatur Splenica. Arteria Celiaca magnum truncum tribuit Lieni, et etiam denominatur Splenica á loco, quo inserit.

Tandem in Liene ultra Ipsius substantiam alium genus fibrarum observat, quæ fibræ á Malpighio describuntur, et deserviunt ad fortius attigendum Lienem.

Usus aliorum Viscerum in Ventre inferiori magis latè patet, quam Usus Lienis; Antiqui separando sanguini Melancholico dixerunt Lienem inservire, et ad recipiendum sanguinem feculentum, et tam Venæ Hæmorroidales, et Meseraicæ sunt Canales, ubi Melancholicus succus fervi debet, quod fieri nón potest, cum sit Motus Contrarius sanguinis circulationi. Moderni harum Opinionum obliti, varium & varietate Auctorum dixerunt esse Lienis usum, et hoc ducti vóne quia Animalia absq: Liene vivere possunt, ut multoties observatum est in Canibus, qui cum Liene defecissent, optimè vixerunt, et nec fames vitata est, nec digestio; Unde sequitur non esse necessarium Viscus ad hoc ut Animalia vivant; quod de eius usu dici potest, est, quod deserviat sanguinis fermentationi conquescendæ; ad hoc ut ipse sanguis magis crassus reddat; cum observatum sit, quod Animalia, quæ Liene carent,

et precipuae Carnes varias subijciant.

Pancreas, quod idem est, ac tota Caro, est viscus glandulosum, et ad huius visceris cognitionem conferet Cognitio Universalis Glandularum.

Glissonius assignat tria Genera Glandularum; idest Glandulas excretorias, reductrices, et Nutritivas; Excretoriae sunt, quae separant aliquod excrementum, ut Testes, Tonsillae, quae omnes particulares vias excretorium habent; Glandulae reductrices sunt Renales, Parotides, Axillares, et Inguinales; Aliae Glandulae nutritivae dicuntur, et omnes recipiunt a nervis succum quendam, qui ab ipsis efficitur.

Alia divisio magis communis est Sylvii; qui dividit Glandulas in Conglobatas, et Conglomeratas; Conglomeratae componuntur ex parvis Glandulis, et unaquaeque ipsarum recipit venam, et Arteriam, et Canalem excretorium particularem; Contra Glandulae Conglobatae habent substantiam aequalem et continuam, et unica cohoperiuntur Membrana.

Pancreas cum compositum sit ex multis parvis Glandulis in glandulas conglomeratas numerari debet; locum habet sub Ventriculo transversa; eius longitudo est 8, vel 9 digitorum.

Ultra Gyrum substantiam recipit Arterias a Coeliaca, venas a Splenica, et nervos ab intercostalibus; habet etiam Canalem Gyrum, qui antea erat incognitus, et postea a Georgio Wersungio in lucem datus est, et ab Auctore Wersungianus denominatur; eius usus est ad efficiendum Chilum; quia Succus Pancreaticus bili miscetur, quod accidit in In-

testino duodeno, ubi tal Canalis Cijsticus, qual pan-
creaticus uniunt; Antiqui dixerunt deservire Pan-
creas filter ventriculi pituitam, ut non descenderet
ab ossibus spinæ, quod falsum est, quia ut diximus
illius usus est continere succum quedam, qui succus
naturæ subaccidit est ad digestionem et separationem
Chili à fecibus; Silvius de Laboë asseruit ex
hoc uitiato succo febrem generari inimicitiam, ut credo
ab alijs audiuisti.

Sectio 9.a
De Hepate.

Hepar locum habet in Ventre inferiori sub dex-
tero hypocondrio, qua parte tota insertum ab hoc
visceri; in suo natiu casu non transit ultra Car-
tilagines Costarum, sed quando excedit, quasi su-
per costas eleuatur. Macilenti plusquam pinguis
hepar habent. Non diuidit in multos globulos, sed
simplicem habet fixuram, ubi Vena Ombilicalis
inserit; Alligatur fortis in parte uicinis à tribus
ligamentis: 1.um est Vena Ombilicalis, quæ Ante-
rius Ombilico hepar ligat; 2.dum Cartilagini Sij-
phoidi; et 3.um Diaphragmati.

Partes idem componentes sunt nerui, Venæ, Ar-
teriæ, Ductus bilaces, et Substantia quædam spatia
replens inter Vasa, cui datum est Nomen Parenchij-
ma, et tandem Membrana, quæ idem cooperit
vit, et etiam lijmphatica Vasa observuantur.

Hepatis Substantia colloris rubri est, aliquantulum
obscuri; et Antiqui effusum sanguinem dixerunt

esse illas substias; et opinio ab omnibus secuta
est, usq: quo Marcellus Malpighi cognouit substias
illas esse multas glandulas, quæ Biliaria habent mem:
branas, et mediantibus exiguis filamentis inuicem
alligantur; unde assimilari potest hoc Viscus u:
uæ racemo.

Epatis Venæ sunt Vena Cava, et Vena porta; Ve:
na Cava extendit per Corpus Vertebrarum, et magnum
producit truncum, qui intra in partes gibbosas Epatis
et per totas suas substias distribuit; Vena por:
ta parit in Hepate ramificat; et dum in Cavas
partes hepatis intrat facit speciem litteræ I,
cui non nullis dederunt nomen Capsulæ, à qua
oriuntur quinq: Bronchiæ, quæ per totum parenchi:
ma dispergunt.

Arteria hepatis est Celiacæ ramus, quæ comitat ve:
nas portas in omnibus suis diuisionibus, et ramifi:
cationibus.

Nerui intercostales duos faciunt plexus qui for:
mantur à uasis Meseraicis; Hi duo plexus conti:
nuantur in hepatis substia per Biliarias capsulæ.

Canalis Hepaticus tunicas habet crassiores, et
succus, qui per eum ducitur est Bilis.

Totum hoc Viscus unica membrana tegitur, quæ per ligat omnibus
locis iacentibus. Videtur in hepate Vesica fellea, à gallicis Cistin, est q:
humoris fellei receptaculum; eius figura pyri
imaginem repræsentat, et eius per meatum cysti:
cum continet; diuiditur in fundum et Cervicem; fundus
eius in situ naturali inferius pendet, et Bursulæ
assimilatur; Cervix illius hepati et Meatui cys:

hico connectit; duas tunicas habet; una est communis cum peritoneo; altera à capsula, sive vagina venæ portæ originem ducit.

Insignis, integerqui tuncus formatus à vasculis vasorum biliariorum in ipsis vesicula fellea. iuxta eius originem ipse meatus cysticus. Tuberantia quædam observatur, et à Spigellio valvula dicit, et veneva officio valvulæ fungit, dum bilis regressum prohibet; Antiqui dixerunt hepar sanguinis officinam, et partis spiritus generationi esse dicant, et Consequens deservuive à nutritione universalis Corporis; In hoc autem multum se decepti sunt ponentes Chilum venas mesaraicas à Hepate deferri, quod experimento omnium modernorum anatomicorum falsissimum est, cum venas lacteas Chilum à alias partes deferant.

At præsens non est, qui velit hanc facultatem hepatis tribuere, cum nulla lactea vasa recon insertant; Viscus nag: excretorium dici debet quod à sanguinis purificatione deservuit, et à segregandis bilis, quæ tam utilis, et necessaria est in omnibus Corporibus.

Quoniam verò in hepate maiores venarum pronci, implantant; id circò de venarum ipsagine hic disserendum.

Venæ sunt membranosæ partes rotundæ, et cavatæ, ut in suo cremio sanguinem comprehendant; unica vestiunt tunica, fibris tamen contexta à maiorem firmitudinem.

De venarum origine magna inter Medicos fuit dissentio; Aristoteles enim 2.do de partibus Animalium cap: 9.o, et 3.o de historijs eorundem cap: 2.o cui adstipulatur Vesalius lib: 1.o de humani corporis fabrica cap: 6.o; Principium venarum constituit. Verum autem Galeni magister, ut refert idem Galenus 6.o de placitis Hippocratis et platonis à cerebro venas oriri arbitratus est; Diogenes Apollinata à ventriculo; Hippocrates, et Galenus à Iecore. Erofilus tamen incertum dixit esse originem venarum, At cum Rami maiores in Iecore observentur, id: circo principium saltem instantationis earundem hepar appellare cum communiori dubitabimus.

Et quoniam in Iecore considerantur pars concava, et gibba, id circo ille truncus, qui in concava parte insertus, vena porta appellatur; Qui vero à gibba egreditur, vena cava nuncupatur; Consentiunt cum tronco venæ porta, sex rami, nempe cysticus cohærens cum cystifellea, gastricus ventriculi fundo gastrepiploicus cum omento, et ventriculo; Intestinalis cum intestinis sylenicus cum sylene, et hypsus cum ventriculo, medio quodam vase breve dicto, necnon cum podice, et intestino recto, ubi venæ hemorroidales comparent; et demum mesentericus cum mesenterio, et cum inferioribus intestinis medianibus venis, quæ hemorroydes cæcæ à Medicis vocantur.

Cum trunco uenæ cauæ consentiunt duo rami, quorum alter internus est, et per hepatis substantiam diffunditur. Alter est externus, et in ipsa Jecoris substantia bifurcatur; deinde uero unus ramus demittit deorsum, qui uocatur uena caua descendens, alterus sursum immittit, qui per partes corporis superas spargitur, et uocatur uena ascendens; Quod uerum est uenæ loci, sed non uenæ sanguinis.

Rami, qui cum uena caua ascendente cohærent, quinq: sunt; phrenicus, qui per septum transuersum diffunditur; Stephanicus, qui cordis basim circuit. Azyicos, siue sine pari, et solitarius dictus, solus dexterum latus irrigat; Intercostalis superiores costas effundit; et demum subclauius diuisus in internum, et superum. Internus, quinq: alios germinat ramulos, idest Mammarius per Mammas; Thymus, Mediastinus, capsulares, per Pericardium, cervicales per cervicis musculos et thoracicus per summas thoracis partes. Subclauius insuper hic Ramus thoracem prætergressus, Axillaris uocatur, quia per Axillas ramulos demittit. Uocatur etiam Jugularis, quia per Jugulum a colli latera diffunditur, atq: irrigat externas capitis partes, nempe Aures, Oris musculos, Gaucas, et frontem. Quin immo Meninges cerebri quadam plexus efformat reticulares, et coroides. Inferius uero tendens uersus scapulas, et brachia constituit uenas cephalicas dictas, nec non basilicas, et Angulares, uulgo Saluatella,

que in ⊓ Annularis, et Auricularis digitus manet.

Qui tandem rami cum uena cava descendente consentiunt, sunt diffusus Renes, diffusas substantias, et tunicas vigans; Renalis ⊕ dex: trum, et sinistrum Renes disseminat, qui sub nomine uenarum emulgentium vocitat; spermaticus cum testibus cohaerens; Lombaris ⊕ lumbos extensus, et Musculosus ⊕ Abdominis musculos dispersus; preterea ex quodam rami, qui diffundit ⊕ os sacrum, exurgunt duo alij Iliaci dicti, et urinij; diuaricant in quatuor alias uenas, nempe in sacra, que ⊕ os sacrum suos ramulos dimittit in hipogastrica, que ⊕ Uterum, Urinarias Vesicas, et rectum intestinum diffundit, in Epigastrica, que ⊕ Epigastrij Musculos spargit, et in pudenda, que ⊕ pudenda uirilia et muliebria disseminat.

Extra abdomen quoq: quidam alij rami excurrunt, et quoniam ⊕ cruura disseminant crurales dicunt, sunt: uena Saphena, que a Malleolum, et interiorem tibiam excurrit. Uena Musculosa, que ⊕ Musculos femoris, tibiaq: deferit; uena hipschias, tum Maior, tum Minor, que ⊕ Musculos hipschij, tibiae, et utriusq: pedis spargat; uena suralis, que Musculos surae, seu tibiales, pedisq: diuaricat; et tandem uena apopletica, que ⊕ extremum Malleolum, aliam et posteriorem cruris

partes à cruribus ipsis genua, illarumque flexuras vami fidat.

Hinc patet venarum usus, idest ut ipsas totaque canales sanguis universas partes irriget et foveat.

Sectio 10a de Renibus et Vesica.

Duobus latebris venæ cavæ, et aortæ in regione lombari, sibi sunt Renes, qui inductuntur in duplicaturas peritonei.

Cuius magnitudo nattis mediocris est, et faseolo assimilatur, longi sunt quatuor, vel quinque digiti, lati, circiter tres, et densi circiter duo.

Venæ, et Arteriæ Renes dicuntur emulgentes nascuntur ab aorta, et vena cava, et multoties duo, vel tres sunt vami venarum; Arteriæ autem unus.

Nervos recipit ab intercostalibus, et in parte cava lymphaticas venas habet.

Parenchematosas substantias credidderunt habere Antiqui; Acuvahes tamen Malpighius in extima substantia multas cognovit glandulas, ubi desinunt emulgentes venæ, quæ glandulæ à secernenda serositate deservuiunt; undè facilè concipi potest Renum usus, qui deservuiunt sicut cribrum à serositates urinarias colligendas; quæ serositates in pelvim colliguntur, quæ est pars concava, sinè interna renum, ubi aliquando lapides generantur.

Reperiuntur in renibus capsulae atrabilariae ab aliis Renes succenturiati dicti; ipsarum figuraeque sunt irregulares, recipiunt venas a vena cava, Arteriis a aorta, et Nervos ab intercostalibus.

Ipsarum usus aut incertus est, ubi Organa destinata ad recipiendas atras bilis esse dixerunt; Alii ad separandas serositates, sed cum nullus excretorius canalis in illis pateat, potius dicendum est deservire succum illum nigricantem ad dissolvendum sanguinem, qui a Renibus in venam cavam redit.

Fructus, per quos transit urina a Renibus ad vesicam ureteres vocant; hi sunt duo canales longi, et exiles, qui ut diximus non excedunt plumae scriptoriae magnitudinem; hi canales, sicut et venae claudunt in duplicatura posteriori Peritonei, et transeunt Musculos psoas, ad hoc ut descendant in cavitatem Hypogastricae regionis, et in vesicam introduci circa suum collum.

Duabus Ipsis conjunctis renibus, et una communi que a peritoneo originem habet; Nervos habent ab intercostalibus, venas a lombis, et Arteriis a spermaticis, et lombaribus.

Vesica urinaria situm habet in parte inferiori ventri hypogastrica dicta; ex parte Anteriori tangit os pubis, et ex parte posteriori in Masculis intestinum rectum, et in Mulieribus uterum; cuius figura omnibus cognita est, et pyro assimilatur.

Componitur tribus Membranis; Exterior, et co

munis cum pitoneo continuat, ut est omnium
duvior; 2da cognita quit à fabricio aqua
pendente, et est Membrana composita ex multis
fibris carnosis et Musculosis, quæ Membrana
ad faciliorem Urinæ exitum deservit; 3a nervosa
est, et multa viscositate obtinita, ad hoc ut
ab Urinæ acrimonia non alteretur; Renes, et
Arteriæ Vesicæ veniunt ab hypogastricis, et
Nervi ab intercostalibus, et à vertebris lom:
borum; cius collum à Musculo sphinctere cla:
ditur, et deservit ad hoc ut non habeat exitus
inuentantarius urinæ.

Vesicæ usus est Urinam intra se ipsam recipere,
sicut et Renes segregare.

Sectio iiti

De Partibus Urinis
Generationi dicatis.

Delectat homo, dum cognitionem sui ipsius habet,
nec minorem concipit delectum, dum suæ gene:
rationis principium agnoscit.

Partes, quæ generationi inservuiunt sunt Vasa
præparantia, Epididimes, Testes, Vasa eja:
culatoria, Vesicæ seminales, et Membrana.

Vasa præparantia, quæ antiqui ad præparandum
semen deservuisse credidevunt, sunt duæ Venæ
et duæ Arteriæ, quæ originem habent ab aor:
ta, et à Vena cava immediate supervemul:
gentibus, et ad hoc, ut habeat huius sangui:

nis facilis reperiuntur; Multas habent naturas
cum contentis tanquis non sit multum spiritosus. o
Testes figuras habent satis cognitas, sicut et
numerus, figura hispanica siue assimi:
lata ultra uenas et Arterias spermaticas superā
descriptas conposita sunt ex Membranis, musculis
et spiria substa particulari; Membrane alie
sunt communes, alie particulares; communes, que
conponunt cursas sunt due, scilicet Scrotum et
Tarlus; Scrotum conponitur ex pelle et epider
mide, incipit a Pineo, et desinit ad radicem
uirge; 2.da Membrana est Tarlus, et est me:
ra Musculus ex parsus fortis pelli alligatus;
Spirie Membrane testiculorum sunt tres, vitro:
ides, Cuitroides, et Albuginosa. Vitroides for:
matur a Musculo Cremastere, qui Originem ducit
ab osse Ilieo, qui postquam comitatur est Vasa
spermatica dilatatur, et efficit Membranam car:
nosam circa testiculos. 2.da Membrana Cu:
itroides, siue Vaginalis formatur a Membra:
na externa Pilorei, que Vasa comitatur, ul:
tima membrana albuginosa induit immediate
substantiam testium, et Reuigata est ex parte qua
Cuitroides tangit.

Testium Substantia non est glandulosa, ut antiqui
crediderunt, sed secundum descriptionem Regnerii
Graaf, est Massa Vasorum spermaticorum si
mul intricatorum ad similitudinem globuli, sti:
pitissimes formantur a Vasis spermaticis, que
Vasa recipiunt Materiam seminis ab Arteriis,

et post multos gyros epididimes formant; corpora sunt oblonga similia uermi serico, testiculis alligant, et in medio uidentur quasi separati.
Eiaculatoria corpora sunt rotonda, dura crassa, et oblonga similia plumae colombae, et multum assimilantur nervis spinalis medullae. Desinunt in glandulas prostratas, et diuidunt a parvo carunculo denominato uerumontatum.
Vesicae seminales sitae sunt in uesica, et intestinum rectum, a parte externa vasorum eiaculatorum, formantes parvulas cellulas in se differentes, tam in figura, quam in magnitudine, quae inuicem comunicant; hae vesicae membranas habent, quae ad detinendum semen deseruiunt, ipsum seruantes usque ad exitum.
Observatur etiam granum ordeaceum, et valvulae officio fungitur, ad hoc ut non habeatur continuus, et inuolunta rius seminis exitus, quod aliquando succedit luue venerea affectis.
Prostratae glandulae sitae sunt supra collum vesicae ad principium uretherum, et sunt tam unitae, ut videantur unum corporeve corpus; deseruiunt ad humectandum canale uretherum tempore coitus, ad hoc ut postea non offendat ab urina, et secundum Fabrei opinionem in his glandulis incipit gallica lues.
Penis compositus ex venis, nervis, arteriis, musculis, cute, et habet etiam duo corpora spongiosa, quae vocantur nervi cauernosi, et carnem sine fibris, quae balanum componit, et

Uretere, qui est Canalis Comunis Urinę et seminis; Pellis exterior preputium dicit.
Musculi penis sunt quatuor, duo erectores, et duo acceleratores; Erectores originem habent à tuberositate ossis Ischij, et deserunt in radices nervorum Cauernosorum; Acceleratores accipiunt originem à Sphincterę ani, et etiam inserunt in Nervos Cauernosos, qui dilatant deseruiunt ad fortificandas membranas superius descriptas, et ex irritatione, siue titillatione Nervorum et fibrarum tempore coniunctionis dulcis ille sensus elicit.
Usus penis est extra Corpus Urinam ducere; sed non est hic principalis usus, debet enim considerari necessariissimum Instrumentum generationis, ad hoc ut Semen utero introducat.

Sectio 12da
De Partibus Genitalibus Mulierum.

Partes genitales Mulieris multę sunt, sed 1a pars est uterus, qui diuidi debet in quatuor partes, scilicet externam in Vaginam, et in uteri Corpus, et in alias partes alligatas, et dependentes à dicto Utero, et in uteri Cornitalia.
Partes externę Mulieris sunt Mons Veneris, Labia, Magna fissura; Nymphę, Clitoris, Ductus Urinę, quatuor Carunculę, Vagina, siue orificium.

Mons Veneris non solum convehendit superiores eminentias pilis ornatas, sed etias duo labia, quæ sita sunt sub pecine, et Composita sunt pelle, Musculo expanso, et pinguedine. Macilentis Mulieribus sunt mollia; Dura, et elevata pinguedinosis, et exquisito sensu prædita sunt.

Vulva, alias Magna fissura extendit á parte inferiori ossis pubis, usq: ad anus; Vagina scissura, quæ magis interna est, non est tantæ magnitudinis, quia cum Corpus Membranosum sit, tempore partus facilè dilatat.

Nymphæ sunt duo Carunculi membranosi, qui compositi sunt spongiosa substia Vasorum plena, et coloperi exilli pelle; figuram habent triangulares, et assimilant Callinæ Cristæ; tribuunt aliquid generationi, et deservient parti ad vectes ducendas Urinas extra Corpus, et cum tempore partus rumpunt, fœminæ undequaq: urinas spargunt.

Clitoris est parvum Corpus rotundum, oblongum situm in parte superiori vulvæ, ubi Nymphæ uniunt. pars similis est hominis peni, et eidem loco sita est, et componit quasi ejusdem partibus, excepta Uretra; habent duos nervos cavernosos, Musculos, Balanum, et præputium, dum hæc pars oblongata; Nervus huius usus est fœminas allectare ad Veneris actum, cum in hoc loco sit principalis earum sensus.

Ductus Urinarius locum habet in parte superiore Scissuræ Vaginæ inter Clitoridem, et ca:

vuncutu superiore.
Spatium contentum post exterius orificium dicit Cunnum, siue Vagina; Ductus est latus, et membranosus deseruiens ad receptionem membri uiriilis coitus tempore, et ad exitum illarum materiarum, quæ ab utero Queniunt. Eius longitudo est circiter 8 Digitos transuersè, et Proportionaliter latus.
Substantia Vaginæ tota Membranosa est; pars externa conponitur ex Membranis, quæ nulla habent ut particulares, sed media substantia uasis plena est, quæ Membrana uirtutem habet stringendi uaginam tempore Coitus. Interna membrana tota rugosa est, et multum nerruosa.
Transuersaliter in Virginibus Antiqui somniabant suam, et precipuè in principio Vaginæ esse membranam quamdam Imenem dictam, quæ cum in ea coniunctione rumperetur, maximam sanguinis effusionem causabat, quæ membrana usq; adhuc à hemine reperta est.
Corpus utri, cum Vagina continuatur, et externè considerat unum et idem, nihilominus sunt partes inter se multum differentes, cum Vagina ex: iliis membranis conposita sit, et utri Corpus dura et Crassa substantia, et apparentem extentionem posse habere; Situm habet ut dximus in Cauitate hipogastrij, inter Vesicam et Intestinum rectum. Assimilatur ob suam Magnitudinem et figuram pyro, Alij cucurbitulæ figuram habere discerunt, quorum alligat

cello supposito. et q̃ suas exteriores membranas
Vesicę Urinariię, et Intestinę recto; sunt
etiam sua latera mediantibus duobus ligamentis
ex una, et altera parte alligata, eius fun:
dus totus liber est, non nulli parti sit alli:
gatus, ad hoc ut extendi possit gestationis tem:
pore; Uteri substantia membranosa est; Mem:
branę autem ipsum componentes, non sunt sicut
et cetęrę, cum fungosę et spongiosę sint, ut mul:
tum dilatari possint; Duę Membranę uterum
componunt, una externa, et altera inter:
na; Externa cum peritoneo continuatur, et non
est tam crassa, sicut et interna, quę multas
habet plicaturas, et reddunt eius superficiem
inęquale; Uasa Uteri sunt Venę, Arteriię, Ner:
ui, et Uasa lymphatica; Venę et Arteriię sunt
ex duobus generibus; aliię sunt superiores; Aliię
inferiores; Superiores sunt spermaticę, et in:
feriores hypogastricę.~
Moderni alias in utero cognouerunt partes cor:
nua dicta; Denominant uteri cornua duo an:
guli ipsius met uteri, ubi alligati sunt testes,
et tubę Uterinę.~
Partes, quę ab utero descendent, sunt, quę in ipsa Uteri substantia
alligatę sunt, et sunt uasa pręparantia, testes
et ligamenta, Venę, et Arteriię Uteri
nascuntur ab ijsdem locis, a quibus Venę et Ar:
teriię masculorum; sunt tamen breuiores,
quam non sunt in Masculis; Mulierum testes
duo sunt, et si in num° assimilantur

hominum testis, sunt tamen inter se differentes; nam cohaerent tribus Membranis, duabus vero extrinsecus: Exterior a peritoneo fuerit, et est durior, quam interna; distant ab utero digiti transversum, et utero alligati sunt mediante lato ligamento, et corpore nervoso circulari, quod ligamentum extenditur usque ad fundum uteri, et ipsius mel cornua vocatur. Antiqui supponebant ex his Muliebre semen habere, Harveius tamen aliud non esse testes Muliebres asseruit, quam ovaria, sicut in volatilibus reperiuntur, et istae sunt vesiculae vubra aqua plenae, quae apparuerunt in dissectione testium Muliebrium, quae vesiculae aliud non sunt nisi ova. Unaquaeque harum vesicularum duas habet Membranas, quae communi adherent; haec vesiculae magis patent post coitum, quam alio tempore, et fecundantur a semine Masculi, et hac vone feminae concipiunt.

Tubae uterinae sunt canales longi et tortuosi, qui extendunt supra latum ligamentum, quae tubae accedunt ad uterum coitionis tempore, et ova ad uterum ferunt; et non oportet, ut feminae Maximo afficiantur sensu dupter concepsionem, ut multi falso supponunt.

Utilitas partium genitalium Muliebrium antiqui dixerunt, et moderni esse dupter generationem; cum hac differia, quod illi supponebant ex miscela seminis Masculi et feminae haberi, quod

feminem semen per eiaculatoria vasa in uterum introducitur.
Moderni autem falsum hoc esse dixerunt, cum vasa
ista patentes non habeant canales, sed potius ab
omnis, ut superius dixi haberi generationem in
mulieribus, quæ ova fecundantur à semine viri
sicut ova gallinarum à gallo.

Pars 2da

De Partibus Thoracis.

Sectio 1a

De Partibus Externis Thoracis.

Aliæ sunt partes continentes aliæ contentæ
in thorace; continentes sunt membranæ aliæ
partes communes, costæ, musculi, pleura,
et mediastinum.
Partes contentæ sunt pulmo, arteria Arteria,
cor, pericardium.
Thorax duos habet motus, unus dicitur dilatationis,
et alter constrictionis, et cum thorax dilatatur,
in altum tollitur, et cum constringitur depressionem
patitur, unde à multis dicti sunt isti motus
elevationis et depressionis.
Thoracis dilatatio à quatuor habet musculis,
idest à subclavio servato antico maiori,
et servato postico minori, et intercostali externo.
Subclavius ita dictus, quia situm habet sub
clavicula; servatus anticus, alii dentatus

Maior a dicitur serratus, sive pectoralis minoris. Serratus posticus Minor, ita dictus a dicitur postici Maioris; Principium habet Membranosum, et postea carnosum efficit. Intercostalis externus oritur a parte inferiori costae superioris, et denominationem sumit a loco.

Constringitur Thorax a quatuor Musculis, quorum duo sunt externi, et alii duo interni. Externi sunt Sacrolombus, et Serratus posticus inferior. Interni sunt intercostalis internus, et triangularis. Sacrolombus ita dicitur a Situ, ubi principium habet; Oritur ab Osse Sacro, et a processibus spinosis vertebrarum lombarium. Serratus posticus inferior exilissimus est, ita ut potius vestigij Musculum habere videatur; Intercostalis internus etiam denominationem accipit a loco, et Musculo externo efformat figura littere X. Triangularis alias vocatur pectoralis internus, ita dicitur, quia figura triangulare repraesentat.

Inter Musculos thoracem moventes, est Diaphragma, et eius anatomica descriptio difficilis est. Dicitur Diaphragma, ut refert Galenus 5o de locis affectis cap: 6o. C. quae vox secundum Platonem separationem significat, quia separat regionem pectoris a vitali. A Cornelio Celso nominatur septum transversum, alii cingulum dicunt, quod parum refert.

Dubitatur est, an Diaphragma sit vere musculus, an non sit subiectum motui voluntario, quod falsum

est, cui omnes Musculi contrario motui subjiciantur. Quis in eius circonferentia, et finis est in Centro. Regulat libera respiratio, et Celebres Auctores dicunt hab hoc Musculo; Alligat 2.do Lumbrice, et 3.tio lombous, et circa principium Musculorum lombarium, et ascendens alligat interne omnibus illis costis in quibus inferne desinit thorax, et Sterno; cohoperit inferne a Pitoneo, et superne a pleura; et in medio alligat Pericardio et mediastino; recipit venas et Arterias a vena Cava, et Arteria magna, et nervos a spinali medulla. Musculus hic duo habet foramina, in parte sinistra transit esophagus, et in dextera vena cava; ex inflammatione huius Musculi fuerit visus Sardonicus, et paraphrenitis.

Sectio 2.da
De Mammis.

In parte externa thoracis inveniuntur mammae, a Graecis Mhasti; Compositae sunt ex multis parvis glandulis, et Maior situs habet sub papilla, circa quas omnes aliae Minores sunt, et inter se correspondent; Continent hae Glandulae in substantia quasi Membranosa multa pinguedine cohoperta.

Externe in Cutis parte, et fere in Medio residet papilla; Corpus est rotundus, aliquantulum oblongus, et in hac parte parvi correspondent meatus, unde lac exitus habet; Disseminantur Mammae venae, Arteriae, et nervi, et origines habent venae a ramo subclavio, sicut et Arteriae

ab Autheria, subclavia, et Axillari. Nervi sunt Spagines 4i vami spinalis Medullæ.

Ultra hæc Vasa considerari debent lymphaticæ Venæ, quæ secundum Vuarthoti opinionem numerosissimæ sunt, et a Riemenbroech; non solum lymphaticæ venæ, sed multi lactei canales, qui vami sunt venarum lacteorum.

Sectio 3a
De Pleura et Mediastino.

Pleura Membrana est dura et fortis, quæ internecuit thoracem, et in duplicatura huius membranæ fit Pleuritis. Ugus pleuritis est retinere pectoris partes, et unicuiq: suam tribuere membranam; A Pleura efformat Mediastinum, quod Membrana est duplicata, alligat a parte anteriore a sternum, et in posteriore a vertebras dorsi.

Sectio 4a
De Corde et Pericardio.

Continet Cor Capsula Membranosa, et denominat Pericardium, quia circa Cor est, Membrana est densa et fortis, et gaudet Cordis figura; Vasa habet quæ in sua Basi fortiter alligant Mediastino, et in homine diaphragmate; Deservuit a Cordis defensione, et clara aqua continet, in qua innatat Cor. Contrariæ sunt Auctorum sentiæ circa Originem, et utilitatem dictæ aquæ; Alij ortum habere dicunt a Vasis, quæ in basi Cordis sunt; Alij a Venis lymphaticis, quod magis consonum est, et tandem multi

ruant, quod si deducta à vasorib, qui à Corde exeunt; Utilitas huius Aqueæ contendit; quia alij dicunt deseruire ad Calefaciendum Cor; alij ad refrigerandum; propius tamen usus est ad Motum Cordis facilitandum.

Nobiliores partes Cor esse Antiqui dixerunt, quia magis necessarias existimarunt esse in viventis Corpore, et hac rone 1.m locum obtinet; et ab Aristo dictum est 1.m viuens, et ultimum Moriens; si: Autem suam Compositionem scrutemur, Compositum est ex fibris, Membranis, et Vasis, et Neré Musculus est.

Situm habet in medio pectoris, quantum ad suam Basim; aliquantulum autem inclinat ad Sinistrum latus in sua extremitate, partes simpliciores, quæ Cor Compo: nunt sunt fibræ, Membranæ, pinguedo, Nervi, Venæ, et Arteriæ.

Fibrarum ordo in Corde secundum Antiquorum opinio: nem, dixerunt esse tripliciti generis, quæ aliæ di: rectæ sunt, aliæ obliquæ et transversales, quæ simul confusæ Substiam Cordis Componerent; Sed exac: ta Modernorum Anatomes aliam cognouit fibrarum tex: turam; Sunt nam: in Cordis substia spiralis lineæ quæ origine ducunt à sua Basi, et obliquè ducunt ad suam extremitatem, et ex externis interne fiunt, et in se inuicem disponunt.

Venæ, et Arteriæ Cordis Coronales appellantur, Græcè Stephanicæ; Venæ suam habent radicem in Auri: cula dextera, et Arteriæ ab aorta immediatè, postquam à Corde exit; Nerui à pari 8.o Nerworum,

et ab infcostalib.

Partes magis compositae Cordis sunt Ventriculi, Septum Medianum, Auriculae, qualiter Vasa suae Basis, et valvulae sitae in ingressu Vasorum.

Ventriculi sunt duo; Unum ad latus dexterum, et alter ad Sinistrum. Pars interior horum Ventriculorum superficiem habet inaequalem; Substantia spissa, et Carnosa, quae separat hos duos Ventriculos Septum Medianum vocatur, altera Venae, et Arteriae coronales habent Cor in sua Basi qualiter Vasa, quae servant, et reservunt Sanguinem Ventriculorum, et in unaquaeque parte sunt una Vena, et una Arteria. Ventriculo dextero invenitur Vena Cava, et Arteria pulmonalis, et Ventriculo sinistro Vena pulmonalis, et aorta; In ingressu horum Vasorum observantur parvae ianuae, quae valvulae vocantur, et deservuiunt, ut sanguis non redeat per eundem locum, ubi ingressum habuit. Vena Cava tres valvulas habet, quae permittunt ingressum Sanguinis in Corde, et exitum denegant; Arteria pulmonalis tres etiam habet valvulas, et dicuntur Sigmaloides, et quia ab intus extra apertae sunt permittunt exitum Sanguinis a d. Ventriculo, qui pulmones irrigat, et impediunt regressum.

Duplex est Maxilla, Altera inferior, altera superior. Maxilla superior in omnibus Animalibus Psitaco, et Cocodrillo exceptis, ut habet Aristoteles 3.o de historia Animalium cap: 3.o immobilis est. Inferior verò juxta sibitum Animalis moueri potest, tum ad loquelam, tum ad Masticationem.

Superior Maxilla à superiori dentibus usq: ad supercilia extenditur, et versus oculos figuram habet latam,

in Cuius medio extuberante, Gyrie Mala, appellant; Nersus Os Nero incipit Angustari; et Inferior ab p inferiori dentis ad Mentum usq: exporrigit, ibiq: Componunt duo Ossa in Media parte Basim Sircontrokosijm associata, cuius extremitates Gyre aures terminant.

Superne Maxille Ossa ii sunt, 5 in utraq: Mala, et ii Inpar; 1us est Os Nasi; 2us est Os Palati, 3us est Os Malarum; 4us Angulorum Occularium; 5us est Continens Dentes anteriores; et Gemina sunt. iius tantum Inpar, in Naves et palatum iacet, dicitq: Colibrosum, Quod Cerebri excrementa in palatum et Naves distillant.

Quod Dentes, Grece odontes, quasi edentes illi dicunt; In Maxillarum Aduocatis, ibiq: Gingiuarum ope firmiter Adherent, et Num: sunt 32, 16 in superiori Maxilla, totidem in inferiori. Dentium Differentia triplex est. 1a est Dentium Incisorum, qui Grece thomi dicunt, suntq: Anteriores quatuor in qualibet Maxilla, et a Celso primores uocant, quia i: aperto ore occurrunt. 2a est Dentium qui Grece Cinodontes, Latine Canini appellant, et tantum obtinent, quod usu et duritie, uocant quoq: precipue Superiori Occulares, quia ut notat Joannes Riolanus super Anatomica Laurentij, longior illorum radix Gyre Oculorum orbitam accedit. 3a Demum est Molarium, qui Grece Mile appellant, seu Mole, eo quod ipsis uelut Molis teratur Cibus; et hi in qualibet Maxilla 10 Numerantur, quorum duo ultimi ab Hippo

lib: de Carnib, Sapientie dentes uocant, et ab Aristo de Historia Animalium cap: 4º Nouissimi dicunt, quia postremo loco, et in iuuentute nascunt, quo tempore homines sapere incipiunt.

In quolibet dente duplex pars uenit considerandа, altera extra Gingiuam eminens, et Basis uocat; Altera intra Alueolum reconditа, et radix dicit; Tursus radix, nō sicut Basis solida est sed excauata, ut nerucos, uenulas, et Arterias recipiat. In Caninis, et Incisoribus unica est, Multiplex uero in Molaribus, et quidem in superiis tres, uel quatuor obseruant; In inferis uero duae, uel ad summum tres; Cuius reddit rationem Laurentius 2º Anatomes cap: 2º, quia superiori Molares pendulі sunt, unde ne caderent, aut uacillarent pluribus radicibus indiguerunt; secus inferiori, qui grauia granitate consistunt; Ex dictis Obiicis usus Maxillarum, et Dentium; Deseruiunt enim ad loquelam formandam, Manducandum, triturandumq: cibum. Incisores autem proprios cibos diuidunt, Canini frangunt, et Molares effecting attenuant, ut Melius atriti, et Salina Humiditate in ventriculum descendant, et ibidem concoquantur; Hinc Senes dentibus carentes in Cruditates frequenter incidunt. Solet etiam hic Ipsoni quedam quesita circa dentes, id circo illa nos breuiter expediemus.

Quaeritur 1º an Dentes Animali sint, et quomodo Gradu. Respondet, 1º loquendo de Gradu uegetabili, utique Dentes animali censendi sunt, tum quia ab

intrinseco crescunt, et Cintuspumptione nutriunt, quemadmodum reliquae partes corporis; tum Dentes quia non Juvium habent Magnitudinis terminum; loquendo uero de gradu sensitiuo licet Dentes obnoxij sint dolori, et stupori, quia tamen sectione deseruant absq: ullo doloris sensu; id circo dicendum est sentire tantum dentes in Membranulis, et nerulis in illorum radicibus insertis, sub quo sensu dixit Galenus lib: de ossibus ad tirones cap: 5.o solos Dentes ipsa ossa sentire.

Quaeritur 2.do ex quanam Materia Dentes generentur.

Respondet, quia statuto Dentes uera corporis partes esse, illi generantur ex eadem Materia, quae intra uterum deseruit ceteras partium systematicarum generationi, siquidem ut optime notat Bartolinus hoc loco Dentes obseruant etiam in puerulis intra uterum Maxillarum Alueolis infixi, qui deinde successiue euanescunt, et qui ibi latebant, progressu temporis conspicui euadunt. Quod pluries obseruauit in abortiuis fetibus se reperturum esse gaudet, ceterum nutriuntur Dentes eodem nutrimento maxillarum.

Quaeritur 3.o An Dentes sint uera ossa.

Respondet Affirmatiue, licet uideat discrepare Aristoteles 2.o de generatione Animalium cap: 4.o. Ratio est, quia ut bene notat Fauentinus secondo Anatomes quaestione 1.a, Dentes possident omnes, et uera conditiones ossium; etenim communem habent substantiam, equales partiuntur, con-

similes albores, et omnia alia accidentia communia.

Secto 3a
De Ossibus Thoracis.

Thorax, quem Latini pectus dicunt, nec totus osseus, ut Cranium, nec totus carneus, ut Venter, sed partim osseus, partim carneus ab Architectice Natura fabricatus est; cum enim Cordis Domicilium esse debuerit, conveniens fuit, ut ex parte osseus esset ad vindicandum illum cor ab extrinsis alterantibus; ex parte vero carneus ad Motum respirationis exercendum.

Extendit a Claviculis usque ad Cartilagines Mucronatas, et dividit in tres partes, Anteriorem, posteriorem, et Mediam. Anterior in Medio thoracis Sternon dicit. Media, seu laterales Costas vocant. Posterior vero Dorsum, seu tergum nominat.

Pa igitur Ossea thoracis pars ipsum initians, et collum terminans dicit Claves, cum instar claves thoracem claudat. Vidit etiam in Mo Jugum ob similitudinem, quam habet cum iugo Boum, communiter demum Claviculas dicit.

Claves tenus sunt, tum ad firmitatem committendum inter Caput cum Scapulae, tum ad firmitatem roborandum os pectoris. Adverti tamen oportet, quod soli homini, et simiae claves concessae sunt, quia scilicet solus homo, et ad similitudinem hominis simia expeditis motibus brachia agitare debebat.

Post claues sequitur os pectoris, quod sternon in medio thoracis positum, incipiens á fontanella gulæ, et in mucronatam cartilaginem desinens usque ad stomachum. Hoc autem non unum os vel á nonnullis Anatomicis putabat; Cæsarum ex observatione Galeni citato lib: de ossibus ad Tirones cap: 12°. unum dicit, licet septem foveas, seu sinus habeat, quibus septem legitimarum costarum processus excipiunt, est namq: sternon in principio amplum, habetq; in sua summitate concavitatem quadam, fontanetta, seu juventus dictam; In fine vero angustatur, et in mucronatam cartilaginem desinit, ipsiusque sterno figuram habet gladiato, et ensiformem.

Post sternon sequuntur costæ á Græcis Pleuræ dictæ, quæ articulantur, coniunguntq: cum sterno, et dorso. Quorum num: 24 sunt conspicuæ sin etiam spuriis; 12 in dextro, totidemq: in sinistro latere quarum 7 superiores legitimæ vocantur, 5 infimæ spuriæ, seu mendosæ, quæ nimirum cum dorso solum, et non cum sterno committuntur; cum ob finem vel diaphragma, et reliqua naturalia viscera dilatari facile posuissent.

Post costas ultimo loco succedunt scapulæ, quæ omobatæ, quæ sunt altera pars thoracis posterior, illius partes tegens; dicuntur etiam Alæ cum de similitudine alarum extensæ sint, et deserviunt partim ad firmitudinem costarum, et pugnum, partim etiam ad defendendas posteriores

thoracis partes.

Sectio 4a

De Spina et Vertebris.

A parte posteriore thoracis occurrit Spina Græcè Rachis, latinè Corporis Carina, eò quod Navis Carinæ similitudinem referat. Exporrigit ab Occipite ad Coccyges usq:; Intus velut Canalis excauata est, continetq: Medullam similem substantiæ Cerebri, ut Galenus Cerebri vicaria nuncupat, et ex illius foraminibus 30 nervorum paria Universum Corpus diffusa emergunt.

Eius figura ex Hippocrate lib: de Articulatione tota recta est, sed à 1a usq: ad 4um vertebram introrsum inclinat; In reliquis verò vergit dextrorsum; Exorsus à posterior Cerebri parte, et amplum cavum descendens intra Spinæ Concavitatem insertit, et lombos ad Coccyges usq: illius Medullam deducit.

Non unum Os continuum est, sed ex multis ossibus Diartrosim commissis integratur, quæ Græcè Spondyli dicuntur, latinè Vertebræ ob similitudinem, quam habent cum feminarum Verticulis, unde Vertebrarum beneficio nunc introrsum, nunc extrorsum flectit, vertitq: Corpus.

Harum autem Vertebrarum notitia, sciendum quod Spina quatuor in partes dividit, scilicet in Collum, seu Cervicem, dorsum seu vertebra-

sus, lumbos, et Os sacrum, quod Græcé Oscim, Teron et Platyn Nuncupat; Hæ Vertebræ simul junctæ spinam formant, et ex singulis illarum foraminibus Nervi exorientur, numerantur autem á Galeno lib: 4º de Ossibus ad Juvenes 24 Vertebræ, ab alijs verò 30, Nempé 1 Colli, 12 quas Caput vel attollit, vel deprimit, vel circumagit; 12 sunt Dorsi; 5 Lumborum; 6 Genij: Ossis Sacri.

Ex Vertebrarum foraminibus 30 Nervorum paria pullulant, et universum Corpus rigant.

1um Par á 1a Vertebra exorientes duos in ramos dividit, quorum alter in Occipitis Musculos, et alter in Musculos Colli, ac Œsophagi inserit.

2um Nervorum Coniugium á 2a Vertebra Procedens duos etiam germinat ramos, quorum alter in Faciei Cute, et alter in Musculos Cervicis disseminatur.

3um Nervorum Societas á 3a Vertebra Procedens, unum anteriorem ramum Communicat Musculis flectentibus Collum; alterum verò posteriorem immittit in Musculos tum Collum, tum Caput extendentes.

4um Nervorum par á 4a Vertebra Procedens, unum ramum Communicat Musculis Colli, et Spinæ, alterum Musculis Faciei, et Capitis.

5um Nervorum Coniugium ortum á 5a Vertebra, et unum ramum immittit in posticos Cervicis Musculos, alterum verò in Scapulas et Diaphragma.

6a. Nervorum Coniugatio à 6a. Vertebra ex:
umpens posteriore ramo ad Cervicis scapularumq:
Musculos exurgit, anteriore verò tum in Bra:
chia, tum in Diaphragma fert.
1a. Nervorum Societas à 1a. Vertebra depen:
dens maiores ramos in Diaphragma transmit:
tit, Minores verò posteriores Cervicis Mus:
culos spargit; hinc deducit Nervosissimum ni:
sem Diaphragma esse, maximumq: Consensum
cum cerebro habere.
At 12 verò Pari foraminibus, 12 Nervorum pa:
ria emergunt, quorum 1um Anteriore Ramo
in Brachijs fert; posteriore verò Thoracis
Musculos disseminat; 2um Thoracis, et Bra:
chiorum Musculos spargit; 10 reliqua Ante:
rioribus ramis ad Singulas Costarum spuria de:
ferunt, et posterioribus thoraci thoraci subiec:
tis tum Musculis spinæ, vertebrisq:, quod ne:
cesse est rigant.
Lombares Vertebræ 5 Nervorum Coniugia
germinant, quæ posterioribus ramis Spinæ
Musculos spargunt; Anterioribus verò Ab:
dominis, Femorumq: Musculos disseminant,
et hæ sunt Vertebræ à Galeno Cognitæ.
A Vertebris tum Ossis Sacri sex nervorum paria
exoriuntur, et Musculos Femorum, Tibiarum, Vesicæ,
Colli uteri, Penis, Ani ad extremos usq: pedes
diffundunt; Hæ ultimæ vertebræ ossis sacri ita
simul uniunt, ut unam tantum vertebram formare
videantur, et immobiles sunt, et hac rone

S dicebant vertebrę ab antiquis.

Sectio 5a de Osse Sacro, et ossibus ipsi Annexis.

Os Sacrum Grecé Osim Secon dicit, quia amplum, et Magnum est immó reliquorum Spinę ossium maximum existit; etenim Antiqui sacras res magnas appellant; collocat sub lumbis, unde Hypostrophion grecé appellat, hoc est sub uer: tebris figuram triangularem habet, cum latus sit in principio, angustum in fine, Anterius con: cauum, posterius gibbosum, ut scilicet uterum in feminis, et rectum intestinum exciperet, et etiam ues: icam, quarum effigiem quoq: referunt semicirculi.

Componit sex ossibus, et Spinale Medulla continet sicut superior spina, quadam Ossa seu Verte bręossis sacri immobiles, et impexibiles sint. In extremitate illius Coccix, seu cauda 86: seruat, quę accuminatum os est vostro simile, et tribus, uel quatuor ossiculis componit, quę in Cartilaginosum Appendicem desinunt.

Comitatur, et Articulat utrinq: cum Osse Sacro quodam innominatum dictum, quia peculiare Nomen non habet; Hoc autem in Tuniorib: ex Sauorio 5a Anatomes cap: 21o, tres in partes secat; 1a est pars superior, quę omnium latissima est, appellat Ileon, quia in sinu suo Intestinum Ileon complectit; 2a uero pars dicit os pubis, seu pectinis, quod in feminis amplum obseruat gratia partus edendi; 3a demum est Os Ischion latine Coxendix

dictus, quia fundus, et excavatus est, in qua concavitate contingit morbus ille Ischialis á medicis dictus.

Sectio 6.a De Articulis.

Universi Articuli dividunt ab Anatomicis in Manus, Cubitus, Brachius, pedes, Tibia, et Femur, de quibus omnibus discurremus.

Et quod Manus illa Græcé Χειρ vocat, deserviltq: tanquam Instrus Apprehensionis, et actus necessarius fuit hominibus, ut habet Galenus 3.o de usu partium ad omnia ministeria agenda; Aristes 4.o de partibus Animalium cap: 10.o vegent Anaxagoras Hominem prudentissimus, et Sapientissimus dixisse, eo quod manus particeps fuerit; Non unus continuus os est, ut varios motus exercere posset, quare Anatomicé loquendo, tres in partes subdividitur; Brachius, Cubitus, et extremas manus.

Brachius, seu Humerus extenditur á Scapula ad Cubitus usq: ; uno constat osse, se magno calidoq: , cuius superior processus ut admodum in scapulæ Cavitate insertus, sed superficialiter tamen adhæret, ut expeditius moveri possit, in feriori verò cum Cubito Diarthrosim Articulat.

Post Brachius sequitur Cubitus, quia sine Brachij ad manus initium exporrigitur; Constat duobus ossibus, quorum interius maius est, propriéq: dicitur Cubitus, et á Barbaris Focile Maius, ~~et minus~~, superior verò minus est, et Focile minus appellatur; Focile maius ex interna parte minimo digito respondet; Focile verò

minus Pollici; et licet Facile maius et minus in ex:
tremitatibus uniantur, in medio autem paulisper dis:
seminantur.

Post Cubitum extrema manus sequitur, quae Graece Apo:
chiron, diuisa in tres partes, Carpum, Metacar
pum et digitos; Carpus est iuncturae, siue Arti
culus, per quem summae manus Cubito arti
culatur, et ab extremis ossibus illius ad uasta
manus extenditur; Componunt ipsum Ossa, quo:
rum tria Cubito articulata unum uidentur;
Metacarpus, seu palma manus est tota illa
pars de pisa, et constat quinq: ossibus, quae
cum digitis articulantur; tandem digiti dicuntur
Graece dactili et sunt; 1.us dicitur Pollex, et om:
nibus digitis equipollet, cum in uno quoq: opere
reliquorum socius et adiutor sit; 2.us dicitur
index, siue digitus silentij, eo quia in signum
silentij ad os Apponatur; 3.us uocatur Medius
Graece Sphaalos, quasi Obscenus, impudicus,
et derisorius, eo quod illo Antiqui alios
deridere consueuerint; 4.us uocatur Annu
laris Graece Tatrichos, quod latine medi
um sonat; eo quod Medici maxime om
nium in illo annulum gestare debeant
siue consuuescant; Postremus tandem di:
gitus, minimus omnium, et Auricularis
nuncupatur, eo quia illo utimur ad pul:
sandas Aures, scilicet illius ope
auium sordes auferimus; his positis
deueniamus ad ossa digitorum.

Uniuersi digiti constant ex ossibus triarticulosis articulatis, atq: ex parte externa sunt parum gibbi, ex interna uero parumper concaui, ut scilicet facilius apprehenderent. In digitorum extremitatibus ungues collocantur, subtusque Medicae inter os et cutis: lagines. quia generantur ex tenuissimis extremen: tis in ipsorum valicis desinentium; id circo assiduo subcrescunt. Thorum usus est uel ad operimentum digitorum, ut placuit Aristoti, uel ad apprehensionem minutorum corpusculorum, ut arbitra: tus est Galenus; unde in immeritó volunta, incurua: taq: fuere.

Quod pedem, ille in Secus ac Manus tres in partes diuidit, femur scilicet, tibiam, extremumq: pedem. Constat 30 ossibus minutis exceptis, nec in patellae genum; i.e. est os Femoris ossi Brachij respondens, duo ossa sunt tibiae, Suralis comitis gracilis equipol: lentia; & sunt ossa tarsi, quae respondent os sibus carpi; & sunt ossa Metatarsi, quae conueni: unt cum ossibus Metacarpi; et tandem sunt ossa digitorum equipollentia digitis extremae manus, quae singula ordinatim explicanda sumus.

Do loco se se offert Femur, seu Crus, estq: os Cauernosum, et Medullatum, reliquorum Maximum, eo quod superná femora uniuersa Corporis moles mouerri debeat. A Coxennice extendit usq: ad ge: nu, eiusq: figura recta, et rotunda est, ab ex: terna tamen parte parum gibbosa. Qua autem parte femur Hischium recipit, Maximum et ro: tundum caput habet, quia in profunda Hischij fo:

uea immergit; ex parte uero, qua tibia respicit, duo habet capita ualidissimis ligamentis cum tibia connexa, quae connexio genu uocat; huius posterior pars poplex dicit, anterior uero rotunda, et cartilaginosum os retinet, patellam, et rotulam dictum, deseruitq: ad giumit articulandam tibiam cum femore.

Post femur sequit tibia, quae est os illud inter genu, et pedis tarsum. Constat duobus ossibus dictis similibus facile maiore, et minore. 2um partem uero, qua cum tarso committit geminum habet uuing: sceyum, qui malleolus nominat.

Ultimo loco post tibiam sequit pes extremus, et tres etiam in partes diuidit, tarsum scilicet respondentem carpo, metatarsum equipollentem metacarpo, et digitos. Tarsus a malleolis ad plantam usq: pedis exporrigit, ipsumq: septem ossa componunt, quorum tria calcaneum, et a gallo pio cuneiformia dicunt; quatuor uero alia sunt talus, siue os basilare, os calcanei, os naviculare sic dictum ob figuram navis. Metatarsus, seu planta pedis quinq: ossibus compositus, quibus immediate digiti iungunt, qui in manu, articulatione et situ digitis manuum respondent; excepto solum, quod breuiores et equaliores sint, et hactenus de osteologia.

Remanet nunc, ut aliquas partes corporis describamus.

De Glandulis.

Glandulæ Græce Adenes, Spongiosæ et Molles Corporis partes sunt; & universum Corpus diversas ad diversa munera exercenda.

Glandulæ & varietate viscerum variæ sunt, et 1o. Cerebrum quod Magna Glandula ab Hippocrate dicitur; Glandulas pituitarias alias habet glandulas, de quas excrementa deponunt, ut subtus parotides sub auribus positæ, cervicales, et Jugulares, Cor quoq: sub alis suas quoq: obtinuit Glandulas, sicut Vetiam Iecur, et alia viscera nattia in inguinibus collocatas, quibus tumefactis Bubbones oriuntur.

De Cartilagine.

Cartilago Græce Contros, aliud est, quod quæ: dam media substantia inter carnem et os, cum veneva Cartilago, nec Caro nec os sit, quoniam est tenerior osse, et durior carne; Albicat, et sensu caret, quia & eius substantiam nervium dispergunt, et Membranas non habent.

De Membranis.

Membrana Græce Hipsin, latine tunica, pars est alba, tenuis, nervis, nervis et Arteriis contexta, atq: adeo exquisito sensu prædita.

Membranarum duplex est usus; 1um ut visceribus integumento sint; 2um ut ab extrinsecis iniuriis suo sensu illas tuentur; Addit alium usum Glissonius, ut & illas succum nervum Au:

Iritius á Cerebro defertur in partium Instrumentum.

De Musculis.

Musculus Græcé Myos, quasi Mus cum decurtato Mari assimilatur; Motus habet, et duo sunt; 1.us dicitur contractionis, et fit dum Musculus breviatur; 2.us distensionis, et fit, cum alterum voluntariè oblongatur; sunt et alij duo tensionis, cum Musculus deluti libratus substinetur. 4.us demum translationis, et est Motus tremulus, qui succedit, quando Musculus á gravitate Membri premitur, et Musculus se et euare contendit. Ultimi duo non sunt veri Motus, et De Universa Anatome de Maiorem Dei Beatissimæq: Virginis sine labe Conceptæ, divi: Josephi Sponsi, et Sempiternum honorem.

FINIS TOTIUS ANATOMES.

Compendium Anatomicum Marcelli Malpighij.

De quatuor teguminibus, siue Integumentis Corporis Humani.

Quatuor Teguminibus inuestiunt humanum Corpus, quorum primum dicitur Cuticula, quae cauet sensu, ut patet in eius abstatione; huic succedit Cutis, quae est media Natura inter nerueos et Membranas, non ex tota continua, sed interrupta quibusdam pori: vulis, qui ad separationem sudoris inseruiunt. Post Cutem uenit pinguedo substantia Reoginosa quasi figura; temperamentum potius calidum quam frigidum; cuius usus est reddere Alimentum dulce, et somnum.

Huic succedit Panniculus Carnosus, qui nihil aliud est, quam expansum nerueum; est Natura frigida et sicca; exquisiti est sensus; unde in febribus intermittentibus dicitur sub hac frigoris; usus est suppeditare cellulas et pinguetudinosis glomerulis, ipsasque colligare.

De Abdomine eius Musculis et Peritoneo.

Abdomen sic dicitur, quasi abdat Viscera infimi Ventris Nutritioni inseruientia. In tres par:

tis partes, superiores, media et infima. ~
Superior Epigastrion dicit, cuius laterales partes hypocondria, et precordia dicunt. Media dicit Umbilicalis, cuius laterales partes illia nominantur ab intestino Ileon; Infima dicit Hypogastrion, in cuius interiori plexu inguina existunt. ~
Interna pars Abdominis habet tres cavitates; 1a dicit antica, seu Alvus, quia continet ventriculum, Intestina, et cetera viscera; 2da dicit postica, ubi Reni iacent. Ultima dicit Pelvis, ubi residet Intestinum rectum, vesica urinaria, et Uterus in Mulieribus. In Anteriori parte os pubis existit, in reliquis partibus ex os, et Abdomen. ~
Pelvachio Teguminibus se se offerunt Musculi. est autem Musculus in genere consideratus agregatus ex nervo, et tendine, venis, Arteriolis, carne, Membrana et pinguedine gratia motus Voluntarij, ad nattis. ~
Fit Musculorum Motus medio spiritum influxu per Nervos dilabentium, nam de facto scisso nervo deficit Motus, et in quibusdam Musculorum motu apparet mutatio figurae. Proficiscit ergo virtus motiva Musculorum a cerebro; per Nervos subiectas in particulis sanguineis succi nervei, vel alterius generis; quae musculis ductae, et fibrillis membranaceis insinuatae in tendines deferuntur a quibus in fibras carneas desilunt, et in tendineas redeunt. Quod vero ipsi Musculi motum recipiant ab ipso sanguine, probat Stennonus, nam ligato tron

co arteriæ magnæ super diaphragma in cane
uiuo, statim desistit motus in posteriorib ipsius
canis, et relaxata ligatura restituit motus; ergo
motus musculorum fit ab ipso sanguine cum con:
cursu spirituum.

Exarata musculorum natura generica ad mus:
culos in particulari fit transitus, et i.o ad illos
abdominis, qui ad quinq: paria reducuntur.

P.us est obliquè descendentium, alterum ascendenti:
um, 3.us rectorum, 4.us pyramidalium, et ultimum
transuersalium; i.us tale dicit ob fibras obliquè
descendentes; Incipit à musculo pectoralis serrato,
et finit uersus lomborum ueritebras, et medio
lenine connectit cum linea albicante; Uenas,
Arterias obtinet ab intercostalib; Eius finis
est conjuimere uring: Ratera q; fecum ex:
pulsione.

Alterum par obliquè ascendentium oritur ab Ilion
externo margine; et obliquè ascendens ii.a
uel i2.a costæ iungit, et in albicante linea
terminat. Nerunos sortit à lombarib. Uenas
et Arterias à ramificationis uenæ cauæ, et
Arteriæ Magnæ. 3.us par, siue rectorum, orit
ab antica ossis pubis, et sursum pergens in
mucronata cartilagine inserit, et prestat
robur, ne relaxet, ceribonem, et ut fibræ
musculorum æquales absoluant motus; 4.us par
est transuersalium quia transuersum ob:
tinent situm in abdomine, habet Uenas, et
Arterias, ut obliquè ascendentium; Ultimum

par est pyramidalius; Basim habent in osse pubis, et in albicantem lineam tendunt, et uesicam comprimunt.

Separatis musculis succedit Membrana quædam Peritoneum dicta; cuius origo à Membranis Cerebri, ac lomborum vertebris erumpit. Uariis intrumpit foraminibus, nam in parte superiori pyloricum est Œsophago, uenis, et Arteriis; et in inferiori, ut pateat Ductus Uasis spermaticis in hominibus, et in feminis uteri Cervici; Cuius figura oblonga est, et quasi ovalis; Nervos recipit à vertebris Thoracis.

De Omento, Ventriculo, Intestinis, et Mesenterio.

Separato peritoneo apparet Omentum quod Ventriculi positum cuiusque sui figura Sacculi. In feminis obesis crebri sterilitatis Causa, ~~[illegible]~~ quod est falsum. Uariis recipit à uena porta Uenas, Arteriasque à vasis Celiaco; Nervos à 6to pari, et ideo sensibile Omentum quadrupedum scindere sine dolore; Usus ipsius est fovere natates calores Ventriculi, ac intestinorum, eorumque motus facilitare, ac fluxive Uasa uiscerum Abdominis.

Ventriculus sub diaphragmate, et medial inclinem et epar; posterius habet Pancreas, inferius Omentum, et intestina, quibus omnibus nectitur; figuram referit bursæ pastoris, sicut habet fundum, et orificia duo, quorum

unus superius, Cardia dicit, fibras circulares habens, nā cibaria in Œsophagus residiant. Alterus inferius dicit Pylorus, quia cibaria cocta inibet effluere ad intestina. Situs est in dextera parte; quatuor Membranis constat Ventriculus; usus ipsius est Chilificare.

Finito Ventriculo succedunt Intestina, quæ in quantitate excedunt ut ulnas italicas, venas recipiunt à Mesentericis ramis venæ portæ, et Arterias à Celiacis, Nervos à plexu 6.i paris, et ad Chili distributionem habent minimas venulas lacteas nuncupatas.

Dividunt Intestina in Crassa et tenuia; hæc sunt Duodenum, Jejunum et Ileon; illa sunt Cæcum, Colon, et Rectum, et omnia fecunt à Ventriculo, ita tamen ut tenuia præcedant Crassis. 1.um Intestinum est Duodenum, Ductu foraminis est inpuplus; unus ductu Cholidoco, alterus ductu pancreatico, quæ in canis valde distant: et in hominis plerumq: simul coeunt.

Sequitur Jejunum, posteà Ileon constant ut ejus gyris; Astuti indicat Causa, quia ex Materia avi inuentum eius fibræ ac Stercoriores excernunt fæces. Eius longitudo est 20 palmorum. Crassorum 1.um est Cæcum, ita dictum, vel ob suam obscuritatem suæ usus, vel quia careat exitu in altero extremo; In hominis datum est ne fæces dolorosa impetu in Colon defluant.

Huic primus est Colon, nos feces et excrementa retinet.

Ultimus est rectus; tres Musculi inseruiunt illi, quorum duo Leuatores, 3.us Nerui Constrictorius, seu Sphincter dicitur.

Procedunt ab hoc Intestino Hmorroidales Venæ tum interna, quam externa. Interna oriuntur a Ramo splenico Venæ portæ; Externa a ramo hypogastrico Venæ Cauæ, et per Musculos circa Anus expergunt.

Actio Crassorum est excrementa colligere, retinere forasq: trudere.

His succedit Mesenterium, Venas obtinet a ramo Venæ portæ; Arterias a Celiacis ramis; Huic substernuntur venulæ lacteæ, quæ ramificationibus suis ad receptaculum chili se reducunt. Receptaculum hoc situm est in fua centrum Mesenterij in Medio lomborum.

Ab hoc receptaculo Ductus Thoracicus exporrigit, qui separato diaphragmate deflectit ad sinistram sub Œsophago, et a Clauicula sinistra descendens in Subclauia, idest axillares decidit. Venas unde Chilus ad Cor fert; succedit huic Globulus quidam Carneus Pancreas vocitatus.

De Cystis Cystis fellea et Liene.

Situs est hepar in dextero hypocondrio sub Costis Nothis, simplici velat membrana, sub

qua hydrops, Ascites, et Vesiculæ indactiles
d.ⁿ gignunt; reperit eius figura secementis obli-
quis ossis induvati; nas conspicit pars convexa
in ipso, et Concava; Connectit omento & Minimus
globulus diaphragmati, peritoneo, et Cartilagini
sipphoid: & venas ombilicales, quæ in adultis fa-
escit in ligamentus. Usus ipsius habet sanguine
cribrare, ipsumq: comminuere, ut melius possit à cor
rodere; tandem habet fovere Calorem ventriculi, cui
2.ᵒ Globulus accedit.

In Concava secoris parte adest Vesicula quædam
Cystis fellea d.ᵃ; Usus ipsius est bilem à sanguine
separare, continere &c.

In latere sinistro adest Lien, sive Splen, involuta
membrana orta à peritoneo. Arteriam à vamo
Arteriæ Magnæ, quæ Celiacæ dicunt; Nervos à
sinistro pari. Ablato Liene in Cane canis vivit.
Melanconicum generat humorem.

De Renibus, Ureteribus,
Et Vesica Urinaria.

In Spatijs inanibus Illeon situati sunt Reines
hum.ᵒ bini, ut citius eliberet Massa humoralis
copia Salium; debitam Nutritionem impedientium.
Venas recipiunt Reines emulgentes dictas à
tronco Arteriæ Magnæ; Nervos à 6.ᵒ pari; in-
cumbunt Renibus glandulæ quædam adiabitares
dictæ, vel Renes succenturiati, venas, et Arte-
rias recipientes ab emulgentibus.

Post Renes succedunt Ureteres Canales à Renibus descendentes, ac tendentes ad uesicam duplici Membranâ compositi, quarum exterior peritoneo, interior propria exquisito sensu donata, ideo dolet in transitu Calculi; Exitus Venas, et Arterias, et Nervos à partibus Ischiadicis obtinet, et facti sunt ad deducendum serum à Renibus in Uesicam.

Officium Uesicæ erit serum recipere instar Cysternæ. Collocatur Pars hæc in pelvi supra intestinum rectum triplici constans Membrana, quarum exterior à peritoneo, media fibrosa est gratia expulsionis urinæ; tribus foraminibus instruitur, ut recipiat serum à duobus Ureteribus, et alter ut foras emittat totum.

De Partibus Generationis.

Partes generatiuæ uel sunt præparantes semen, uel conseruantes; in quibus sunt duæ Venæ totidemque Arteriæ; Uena dextera oritur à Cava in pura emulgente; Sinistra Uena ex inferiori parte; emulgentes Arteriæ descendunt à tronco Arteriæ Magnæ, quæ simul cum Uenis instituto itinere ad lombos supra Ureteres ad Inguina, et Testes pergunt, ubi hæc Vasa simul commixta dicuntur Corpora Seminiformia; In fine Horum Vasorum adsunt Epididymes Corpora secundum aliquos glandulosa communi tunica cum spermaticis induta, testibus incumbentia. Usus ipsorum est elaborare Seminales Materias; hinc sequuntur Testes, quorum substantia secundum Aliquos Vasalia, et secundum

alios glandulosa; Repositi sunt in bursa qua:
dam scrotum vocata & medium divisa quadam linea,
cuius exterior Membrana Prachos dicit. Inte:
rior vero Clytoridis, idest Vaginalis. Vasa re:
cipiuntur spermaticis vasis exilia; Nervos a lo:
pari; Usus ipsorum est semen elaborare; ab
istis gredunt Vasa Ciaculatoria.

Sequit tandem Penis ita dictum, quasi pendeat con:
stans duobus corporibus nervosis, quorum Substia
complicata est plexu venarum, et Arteriarum;
Claudit in medio haram partium Pectus Urinarius.
Quatuor Musculi concurrunt ad structuram Penis,
duo ab osse Pubis orti gerunt & latera Penis,
inservientes erectioni, et alij duo ad emissio:
nem seminis. Venas et Arterias ab hypogas:
tricis recipit; Nervos ab osse Sacro; Usus ipsius
est et evacuare semen in sinum Uteri.

Tres exavata organa habent gemine Uterum, seu
Matrices, pars intus rectum intestinum, et Vesica
Urinaria posita, cuius Molis incertae figuram
exibet similem pyro Maiusculo. Substia instar
ventriculi gallinacei. Dividit in fundum, cervicem
collum et pudendum. Fundus est pars superior, sine
cavitas & cuius medium excurrit linea quedam
Media dicta, et ad cuius latera emicant gressus
quidam communiter uteri cornua nuncupati; Cervix
dicit pars fundi angustior, cui Vagina continuat.
Collum uteri est substia mollis, et laxa, ut expandi
possit; Quod vero superest pudendum dicit, in cuius
medio adest Clytoris, seu Membrana quedam, cuius

integritas Virginitatis signum Exibet
usus Uteri est continere Fetum.

De Medio Ventre.

Thorax Medius Venter dicit; tota illa Regio
quæ superius Clauiculis, inferius diaphrag:
mati, Anterius sterno, posterius Vertebris
et Sinistrorsum, ac dextrorsum costis circumscribit.
Pars par Musculorum thoracis dicit pectoralium,
qui oriuntur à media Clauiculæ, quibus succedit mus:
culus serratus Anticus Maior, inde serratus Mi:
nor, qui Musculi inseruiunt ad efficiendum Motum
thoracis. Adsunt Ulterius 22 paria Musculo:
rum intercostalium, quorum ii inseruiunt expiratio
ni; alij extremi inspirationi.
Sternum est pars Anterior pectoris constans substa
spongiosa, et rubiunda, in cuius Medio adest Cartila:
go Ensiformis facta, ne Ventriculum tendat in
ascensu Ciborum ab Ossibus sterni.
Occurrunt etiam Septem Costæ, quæ Pectorem et la:
tera fecunt. Sub Costis Musculorum adest Mem:
brana Pleura dicta, quæ est sub Pleuritidis, et
ingente Copia Morborum, quia de facili inflammat.
Usus ipsius est continere Costas in suo Situ. Huic
Mediastinum, pectus et pulmones in dexterum, et
sinistrum partem dividens, una habent Mediasti:
num, aliasq: Minimas à ramo subclavio, ut Ar:
teriam à Mamarijs. Vinculum thoracem ab abdomi:
ne diaphragma, cuius substratum componunt Carno
Musculorum, et Membrana duplex, quarum superior

est expansio Pleuræ, inferior verò Peritonæi.
Venam recipit à tronco venæ Cavæ, Arteriam à tron-
co Arteriæ Magnæ; Nervos à 5.o pari. Hac parte
inflammata delirium sequitur, immò vulnere illi inflic-
to perveniunt patientes forsan ob sui continuum motum
impedientem cicatrizationem partis solutæ. Eius fi-
nis est respiratione formare, nam diaphragmatis
apertio in Cane vivo ita non respirat; Habet se-
parare medium ab infimo Ventre, et continere vi-
scera in suo situ; tribus in locis perforat; 1.o tran-
situ Œsophagi, Venæ Cavæ, et Arteriæ Magnæ.
In parte posticâ Thoracis reperiuntur Vertebræ Colli,
ita: septem numerantur, quarum 1.a dicitur Atlas,
quæ totum sustentat Caput; 2.da dicitur Dens, quibus
duabus vertebris fit Capitis Motus, quando annui-
mus, venimus, et circumgyramus Caput.
Dorsum duodecim vertebris constat, quinque lumborum,
quibus succedit Os Sacrum constans ex vertebris,
quæ in juvenis facilimè separantur.

De Corde, Pericardio
et Pulmonibus.

Induit Cor Membrana Sacculi instar Pericardium
dicta; usus ipsius est suppeditare humiditatem Cordi,
ac illius pervium temperare.
Cor situm est in medio thoracis vergens ad Sinis-
tram Mucrone suo, ubi eius Motus pons Natiui ca-
tovis dicitur; Motum præstat Systoles, et Diastoles.

Cor est Musculus; Usus ipsius est dispensare sanguinem toti corpori, ipsumq: spiritualizare; Vasa quatuor habet Cor in dextro ventriculo, qui est minus calidus, quam sinistro; Vena venosa cava, et vena Arteriosa deferens sanguinem à Corde in pulmones; In sinistro ventriculo adest Arteria magna sanguinem totius corpus diffundens, et Arteria venosa deferens sanguinem à pulmonibus in sinistrum Cordis ventriculum.

Est Vena Canalis oblongus, rotundus, constans duabus membranis gratia vehendi sanguinem; ideoq: differt ab Arteriis, quia hæc constat quatuor tunicis quasi nervosis; ideoq: alba est Arteria deferens sanguinem à digenie corporis, Motuq: Sistoles, ac diastoles à Corde recipiens.

Venæ, quæ communiter secari solent in Morbis vel sunt in capite ut Vena frontis, quæ secatur in Cephalalgia, Delirio, et Stultitia; In oculo Angulo, quæ secatur in Ophtalmia, et Vena sub lingua, vel post aures vanina dicta, quæ secatur in Anginas. Vel sunt in Cubitu, et Cephalica, sive exima, sive Basilica; exima Secovaria dicta, et tandem media, quæ vena in affectibus ut et medicus ventris secantur; In Manibus venæ Saluatellæ, quæ est inter minimum, et annularem, sicuti Cephalica inter pollicem et indicem, quæ omnes secari solent in Morbis Cronicis; quæ missis cæteris secationibus tam in pedibus venæ Ischiatica Vena; in Interiori vero saphena, et Maleolicalis dicta, quæ omnes secantur in affectibus infimi ventris.

Vena Cava sustinet valvulas tricuspides; Vena

Arteriosa sigmoides; Arteria aorta lunares, et Arteria venosa Mitrales. Obtinet valvulas. Cor duplici gaudet Ventriculo, quorum dexter a pulmones sanguinem mittit; sinister vero ad totum Corpus. Hi duo Ventriculi medio quodam septo disjuncti. Duae Auriculae insunt Cordi, ut Sanguis libere ad Cor pmeare possit.

Sic sunt pulmones in thorace, ac utrinq; Cordi desistunt; figuram habent similem angulae Bovis, substantia vero spongiosum, ac Membranosa. Usus pulmonum est Cordi respirationem praestare.

De Oesophago, Trachea, Et Lingua.

Oesophagus est Canalis, qui cibus deficiscit in ventriculum habens initium in imis faucibus, ut separato diaphragmate iungit superiori Ventriculi Orificio; totidem constat tunicis, ac Ventriculus, venas recipit a Jugularibus, Arterias a Cavo Thoracis, nervos a 6.to pari.

Dividit Trachea in partem inferiorem dispensa in pulmones Bronchium dictam, et in superiorem, quae Larynx vocat, quam constituunt Cartilagines quinq;

Lingua demum venas possidet a jugularibus externis, Arterias a Cavo Thoracis, Nervos a 4.to pari. Usus ipsius est inservire Organo Gustus; Movent Linguam quatuor Musculorum paria, quorum 1.um attollens Hallogloss.; 2.um deprimens Basiogloss.; 3.um ad latera movens geniogloss.; et Ultimum de

tenationes conducens Emidoglossus dicit.

De Cerebro, Cerebello Spinali Medulla, et Nervis.

Cerebrum omni sanguine Animali concessum duabus involuit Membranis, Meningibus dictis, quarum exterior Dura, Interior pia nuncupatur; His semotis apparet Cerebrum, quod ope duplicaturae Durae Matris in dexterum et sinistrum duidit partes, et opa eiusdem in Antica, et postica. Natura cerebrum sit magne ~~Mollis~~ Molis et Molle, facile in se concideret; Efformatum est in tortuosas, ne vasa capillaria disrumpant ob Nimiam longitudinem. Da pars Nomen totum retinet; Posterior vero Cerebellum dicit.

Duplex Exterior disiunctus simul unitus Corpus Callosum, in quibus Duo Ventriculi Maiores apparent, in quorum medio adest plexus Choroideus, sive agregatum quaciliter Vasculorum.

Separant hi duo Ventriculi quadam portione Cerebri, quae separatum Lucidum dicit; Ab istis Ventriculis ovis 3.us. In hoc adest quoddam foramen a Basim Cerebri descendens, Infundibulum Constituens; unde excrementa in Nares, et palatum excernunt.

Inter Cerebrum et Cerebellum 4.tus reperitur Ventriculus, ubi concurrunt quaedam Tubercula; quarum duae Maiores, Nates dicunt, Minores vero Testes.

Hinc sequitur Cerebellum, quod diuisum repres-
entat superiorem terram. In hoc resident Spiritus
Animales; Duplex est Substantia Cerebri, una ex-
terior Cinerilia et Cortex nuncupatur, nec non
glandulosa, ubi separantur spiritus; Altera uero
Foramen Occipitis egreditur, et Dorsalis Medulla
dicitur.

Tandem occurrunt in Cerebro Nerui numero 30
paria erumpentes immediate ab ipso Cerebro
quorum septem erumpunt a uertebris Colli; 12
ab illis Dorsi; Quinq: ab illis Lomborum, et
6 demum ab osse sacro.

Est Nerrus funiculus quidam, albus, rotundus,
Aliquantis quasi minimis Constructus diuersorum
tunicis, ut Spiritus Animales Motus Sensusq: par-
tim blando affeuant allapsu. Diuidunt Nerui
in Sentientes et Motorios.

His Succedunt Nerui a Cerebro intra Caluam er-
umpentes, quorum 2.um aliquot enumerant de-
cem coniugationes.

1.a Coniugatio Sedem ossis Ethoidis apparet, et
dicitur Processus Mamillaris seruiens Sensui Ol-
factus. 2.a est Opticorum, qui ortum habent
ipse Basim anteriorem Cerebri diuersam decur-
rentes; Alter ad Sinistrum ferit Oculum; 3.a
est Nerrorum Oculos Mouentium; 4.a in Linguam
ferit, quo gustu; quetamen prius trans-
mittit ramulos in Musculos frontis, faciei,
temporum et Dentium. 5.a, quae Usum praestat
aurium, ac descendit in Linguae tunicam, ac palati.

6.a exumpsit á principio spinalis Medullæ, et á aure se extendit ad aures; 1.a semper est Vaga. Ultima tandem á spinali Medulla oriri pluribus transmittens ramulos ad Motu, tum ad Musculos linguæ, tum pharyngis.

De Oculis.

Occurrunt in Oculis Palpebræ duæ Membranæ mobiles ob gibbratam Membranam, qua instruunt, factæ ad tutelam Oculi, et in Angulo anteriori reperitur Glandula lacrymalis, et ductus Stenonis tendens in Nares, habet Uterque Oculus venas extras in albumine conspicuas á jugulari extrinsis; Intrinsecas vero á plexu Choroideo, ut Arterias, ac Nervum Opticum in medio á 2.do pari.

Sex Musculis Movet Oculus in hominibus, quibus addit 1.um, et etiam 7.um, ne Oculus ob pronum incessum excidat extra. Ex istis 1.us Musculus elevans oculum dicitur Superbus. 2.us deprimens oculum dicitur humilis; 3.us Libitorius; 4.us Indignatorius; Reliqui duo dicunt Amatorii.

Oculus plurimis induunt Membranis, quarum duæ Communes sunt, quinque vero Propriæ; Ex Communibus una dicitur Innata, et est Cicatricis expansio, 2.da est innominata, et est expansio tendinum Musculorum. Propriæ vero sunt Choroides, Reticularis, Aranea, et Retina. 1.a dicitur Cornea, et continet Cilias; 2.a habet foramen in Medio pupilla dicta, ut admittant visibiles

species in oculo. 2a vitreus ambit humorem, 4a Crystallinus; tandem in oculo tres reperiuntur humores, quorum 1um est aqueus, 2um Crystallinus, 3um vitreus, qui facti sunt a refractione specierum visibilium.

De Aure.

Aures dividit in externam, et internam, Aures interna internum habet situm in osse petroso, et quatuor constat meatibus, 1um Auditorius dicitur. In fine huius dicti tympanum, qui subiecta auditus dicitur; Post tympanum se offert cochlea, in qua continetur nervaculum aeris, hicque observantur tria ossicula tympano inherentia. Stapes, Malleolus, et Incus. Quae ossicula habent roborare tympanum, ne do impulsu aeris disrumpatur. Fit auditus, quatenus aer Caussus ab aliquo solido trepidat, ac in aures delatus trepidationem tympano communicat, sonum suscitando in aure, ex quo sequitur Auditus; ac idem sub hac auditus erit tympanum, quia nervosum est expansio; finis autem Auriculae erit aeris moderare d' auditu, ne incongrue impingat in tympanum; finis vero externae auriculae erit iuvare delationem aeris in aures, et ideo surdaster fiunt, quibus deficiunt auriculae externae, quarum pars superior alia dicitur, inferior vero lobulus.

De Ossibus.

In Capite 9 sunt Ossa, in Thorace 61, in abdomine 21, Manus ambe habent 54, pe desq: totidem; adeo ut numerus totius Corporis ossium se se extendat usq: ad 309. Ossa Capitis specialiter connexa sunt, quorum Coniunctiones suturae nominant (in juvenibus tamen) excepitis tribus, quas Dura Meninx se se insinuat, et omnia Ossa Capitis Membrana inuestunt Cranium dicta; Ut Galenus dicit Membrana illa inuestens cetera Ossa. Ex suturis una dicit Coronalis, altera dicit Sagitalis, 3a uero Lambdoidalis; Os Cerebrum tegens dicit Cranium, quod constat laminis, extrema una, intima alia, nec non tribus, quas suturae intrum: punt. Sex ossibus integratur Cranium, quorum primum dicit Os frontis, alterum Occipitis; duo Sincipitis, quae uero supersunt Ossa, temporum, uel petrosa dicunt; Constituunt Basim Cranii Os sphenoides et Moides; Hinc sequuntur Maxillae, quarum una superior, et Immobilis 12 Constat ossibus, sex ulvinq: adstantibus; Maxilla uero inferior uigente ætate in unum coalescit os.

Ventrem tractatus Deficit; Qui uidere potest in Superiori Minutiori Anatome.

904 **CASSARATO.** In medicinalem Galeni Institutionem, Teorica dictata ab excellentissimo D. D. Cassarato, anno 1710, mense novembris, etc. 4 parties en 1 vol. pet. in-4 d'un ensemble de 180 ff., cart. ancien papier gris. (374) 150 fr.

Thiébaud Cat. 85 1963

Manuscrit médical du commencement du XVIIIe siècle par un certain Antonio **Quadri** dont la signature est sur le premier titre (**Théorie sur l'institution médicale de Galien**).

La 2e partie contient un cours de « Pratique médicale » probablement du même professeur; la 3e un « abrégé d'Anatomie » professé par le Dr **Minutilius**, de Naples, à l'école de Médecine de Pavie en 1720; enfin la 4e partie, la plus courte mais non la moins intéressante, est un autre **abrégé d'Anatomie** d'après **Malpighi** l'anatomiste du XVIIe siècle si célèbre par ses découvertes. — Toutes ces parties du volume sont de la même écriture et ont sans doute été rédigées pendant les années d'études médicales de Quadri à Pavie. Ce manuscrit est donc un **document des plus intéressant sur l'enseignement médical** de cette université au début du XVIIIe siècle.